gentur dona rationes & iā crescent dono
 rū. Tanto ergo esse humilior atq' adser
 uiendū promptior quisq' debet ex munere.
 quanto se obligatiōē esse conspicit in red
 denda ratione. Ecce homo qui peregre pro
 ficietur seruos suos uocat eisq' ad nego
 tiū talenta partitur. post multū uero
 temporis positurus rationē reuertitur;
 Bene operantes pro apportat lucro remune
 rat. seruū uero ab uno opere torpente dānat;
 Quis itaq' iste homo est qui peregre profici
 citur. nisi redēptor nř qui in ea carne quā
 assūperat abiit in cælū. Carnis & iā locus
 proprius terra est. quā quasi peregrina
 dicitur dū per redēptorē nr̄m in cælo col
 locatur. Sed homo iste peregre proficisci
 seruis bona sua tradidit. quia fidelibus su
 is spiritualia dona concessit; Et umi quidē
 quinq' talenta dedit. alii uero duo. aliū
 uero cōmisit unū. Quinq' & enī sensus sunt
 corporis iudelic& uisus. auditus. gustus.

60

odoratus & tacitus; Quinq' igitur talentis.
donū quinq' sensuū id est exteriorū scien-
tia exprimitur; Duobus uero intellectus
& operatio designatur. Niuis autē talen-
ti nomine intellectus tantūmodo desi-
gnatur. Sed si qui quinq' talenta accepe-
rat alia quinq' lucratus est; Quia sunt nī
nulli qui & si interna ac mystica penetra-
re nesciunt pro intentione tamen super
nā patriā docent recta quos possunt de
ipsis exterioribus quā acceperunt. Dūq'
se a carnis petulantia a terrenarū rētrū
ambitu atq' ad uisibiliū uoluptate custo-
diunt ab his & iā aliōs admonendo cōpescunt.
Et sunt non nulli qui quasi duobus talentis
ditati intellectū atq' operationē p̄cipiunt.
Subtilia de internis intellegunt mira inex-
terioribus operantur; Cūq' intellegendo &
operando aliis prædicant quasi duplicatū
de negocio lucrū reportant; Bene autē
alii quinq' uel alii duo in lucrū uenisse

referuntur. quia dū utrique sexui predicatio impenditur. quasi accepta talenta geminatur. Sed is qui unū talentū acceperat. abiens fodit interrā & abscondit pecuniā dñi sui. Talentū in terra abscondere est. acceptū ingenii interrenis actibus implicare. lucrū spiritale non querere. cor a terrenis cogitationibus nū quā leuare. Sunt nāque non nulli qui donū intelligentiae perceperunt. sed tamen sola quæ carnis sunt sapient; De quibus per prophetā dicitur; Sapientes sunt ut faciant mala. bene autē facere nescierunt. Sed dñs qui talenta contulit rationē positurus reddit. quia is qui nunc pre spiritualia dona tribuit. districte iniudicio merita exquirit. Quid quisque accepit considerat. & quod lucrū de acceptis reportet pensat. Seruus qui geminata talenta retulit ad dñm laudatur. atque ad aternā retributionē intramittitur. cū ei uoce dñica dicitur. Euge serue bone &

fidelis quia super pauca fuisti fidelis su
 pra multate constitua intra ingaudium
 dñi tui. Pauca quippe sunt bona omnia pre
 sentis vita. quilibet multa videantur.
 Sed tunc fidelis seruus supra multa con
 stituitur. quando deuicta omni corru
 ptionis molestia de aeternis gaudiis in
 illa cælesti sede gloriatur. Tunc ad dñi
 sui gaudiū perfecte intromittatur.
 quando in aeterna illa patria assūptus
 atque angelorum coetibus admixtus. sic in
 terius gaudet de munere. ut non sit iam
 quod exterius dolet de corruptione;
 Seruus autem qui operari de talento no
 luit. addnīm cū uerbis excusationis reddit
 dicens; Domine scio quia homo durus es me
 sis ubi non seminasti. & congregas ubi non
 sparsisti. & timens abui & abscondi talen
 tum in terra. Ecce habes quod tuū est. No
 tandū quod inutilis seruus durū dñm uo
 cat. cui tamen ad lucrum deseruire dissimili

mulat; Et timuisse se dicit in lucro talen-
tū expendere qui hoc solū timere debuerat.
ne hoc sine lucro ad dñm reportarē. Sunt
enī pleriq̄ intra scām & clām quorū iste ser-
uus imaginē tenet. qui melioris uitæ uias
aggreḍi metuunt. & tamen iacere insui-
torporis ignauia non pertimescunt. Cūq̄
se peccatores considerant. scītatis uias ar-
ripere metuunt & remanere insuis ini-
quitatibus nonformidant. Quorū bene-
petrus adhuc in infirmitate positus spe-
ciē tenet. cū uso miraculo pisciū ait; Exi-
ame. quia homo peccator sū dñe. Immo-
si te peccatorē consideras. oport& ut ate-
dñm nonrepellas. sed qui idcirco melioris
habitus uias & rectioris uitæ appræhen-
dere arcē nolunt. quia infirmos se esse
conspiciunt. quasi peccatores se faten-
tur. & dñm repellunt. Cū que in quo scī-
ficari debuerant fugiunt. & uelut in
perturbatione consiliū non habent. dū

moriuntur & uitā timent; Vnde & huic
scrivo protinus respondeatur; Serue male
& piger sciebas quia meto ubi non semino.
& conGrego ubi non spargo oportuit te
ergo dare pecuniā meā nūmulariū. & ego
ueniens recepisse utiq' quod meū est cum
usura; ex uerbis suis seruus constringitur
cū dñs dicit; Meto ubi non semino. & con
grego ubi non spargo. Ac si aperte dicat;
Si iuxta tuā sententiā & illud exquirō qđ
ad erogandū nondedi. quantum magis ate
exquirō quod ad erogandū dedi. Oportu
erat ergo te dare pecuniā meā nūmula
riū. & ego ueniens recepisse utiq' quod me
um est cū usura; Pecuniā uero nūmulariū
dare est. eis scientiā prædicationis impen
dere. qui hanc ualeant & dicatis & operib;
exercere; Sed sicut nr̄m periculū aspicitis.
si dñcā pecuniā teneamus. ita ur̄m fr̄s k̄mī
sollicite pensate. quia cū usuris a uobis ex
igetur quod audistis. In usura quippe.

pecunia & iā non data recipitur; cū enī hoc
reditur quod acceptū fuerat. & iā illud
super impenditur quod acceptū non est.
Pensate ergo fr̄s k̄mī quia de accepta uerbi
pecunia usurā soluitis & curate ut ex eo qđ
audistis. & ām alia studiatis intellegere
quā non audistis. Quatinus alia ex aliis
colligentes. & iā illa discatis ex uobis m& ip
sis agere. quā nec dū ^{ex} prædicatoris ore di
dicistis; pigrū uero seruū qua sententia
feriat audiamus; Tollite ab eo talentū &
date ei qui habet decē talenta; Oportunū
ualde uidebatur ut cū malo seruo unū
talentū tollitur. ei potius qui duo quā qui
quinq' talenta acceperat daretur; Illi
enī dari debuit qui minus. quā qui plus
habuit; Sed sicut superius diximus. per
quinq' talenta quinq' uidelicet sensus.
id est exteriorū scientia designatur.
Per duo autē intellectus & operatio ex
primitur. plus enī habuit qui duo. quā

qui quinq^u talenta perceperat. quia qui
per talenta quinq^u exteriorū admini
strationē meruit. ab intellectu interio
rū uacuus fuit; Vnū ergo talentū qđ
intellectū significari diximus illi dari
debuit. qui bene exteriora quā acceperat
ministravit. Quod cottidie inscā ecta
cernimus. quia pleriq^u dū bene ministrant
exteriora quā accipiunt. per adiunctā
grām ad intellectū quoq^u mysticū per
ducuntur; Ut &iā de interna intellegen
tia polleant. qui exteriora fideliter ad
ministrant; Generalis &iā mox senten
tia subditur. qua dicitur. Om̄ni enī ha
benti dabitur & abundabit. ei autē qui
non habet. & quod uidetur habere aufe
retur ab eo; habenti nāq^u dabitur & ab
undabit. quia quisquis caritatē habet.
&iā dona alia percepit. Quisquis carita
tē non habet. &iā dona quā percepisse ui
debatur amittit; Vnde necesse est fr̄s

mei: ut per om̄e quod agitis erga caritatis
custodiā uigileatis. Caritas autē uera est &
amicū diligere in dō: & inimicū diligere p̄
pter dīm. Quā quisquis ^{n̄ habet} om̄e bonū amittat
quod habet. Talento quod acceperat priuat.
& iuxta dñicā sententiā in exteriore tene-
bras mittitur: per poenā quippe in exteriore
tenebras cadit: quia per culpā suā sponte
in interiores tenebras cecidit. Illic coactus
patitur tenebras ultionis: qui hic libenter
sustinuit tenebras uoluptatis. Sciendū
uero est quod nullus piger ab hac talenti
acceptione securus est: nullus nāq' est qui
ueraciter dicat: Talentū minime accepi:
non est unde ponere rationē cogar: Talen-
ti enī nomine: cui libet pauperi & id hoc
ipsū reputabitur: quod uel minimū acce-
pit. Alius nāq' accepit intelligentiā pra-
dicationis: ministeriū debet ex talento:
Alius terrenā substantiā accepit: erogati-
onē talenti: debet ex rebus. Alius nec in

64

ternorū intellegentiā nec rerū affluentā
accepit. sed tamen didicit artē qua pas-
citur. ipsa ars ei intalenti acceptance re-
putabitur. Alius nihil horū assēcutus
est. sed tamen fortasse familiaritatis locū
apud diuitē meruit. talentū profecto fa-
miliaritatis accepit. Si ergo nihil ei pro in-
digentibus loquitur. pro talenti retenti-
one dāpnatur; habens igitur intellectū.
cur& omnino ne taceat; habens rerū affluen-
tiā. uigil& ne amisericordia& largitate tor-
pescat; habens artē quaregitur. magnope-
re studeat ut usum atq; utilitatē illius cum
proximo partiatur; habens loquendi locū a-
pud diuitē. dampnationē proretento talen-
to timeat. si cū ual& non apud cū pro paupe-
ribus intercedat; Tantū quippe ab uno quoq;
nřm uenturus iudex exig&. quantū dedit.
Vt ergo de talenti sui rationibus redeunte
dño quisq; securus sit. cū tremore penset
cotidie quid accepit. Ecce nāq; iā iuxta

est. ut ille qui peregre profectus est redeat,
Q uasi peregre quippe abut. qui de hac terra
in qua natus est longe discensit. Sed
profector reuertitur ut de talentis rati
onē ponat. quia si abona actione torpesci
mus. de ipsis donis quæ contulit nos distri
ctius iudicat. Consideremus ergo quæ ac
cepimus. atq; in eorū erogatione uigilem.
nulla nos d'spiritali opere terrena cura
impedit. ne si interia talentū abscon
ditur. talenti dñs ad iracundia prouocet;
per & enī seruus cū iā iudex culpas exa
minat. talentū de terra leuat. Quia sunt
pleriq; qui tunc se a terrenis desideriis uel
operibus subtrahunt. quando iā per anim
aduersiōne iudicis ad aternū supplicium tra
huntur. Ante ergo. ^{de} talenti nři ponenda ra
tione uigilemus. ut cū iā iudex ad feriendū
imminet. lucrū nos quod fecimus excusat;
In illo Cūnatus esset ihs ſevē x scđm math.
in bethleem iudæ indicibus herodis regis

Vsq per alia uā reuersi sunt in regionē suā.

O MELIA BEATI GREGORII PAPÆ

Sicut in lectione euangelica fr̄ audistis
cæli rege nato rex terræ turbatus est.
quia nimirū terrena altitudo confundi-
tur. cū celsitudo cælestis aperitur. Sed
quærendū nobis est. quid nā sit quod redē-
ptore nato pastoribus iniudea angelus ap-
paruit. atq' ad adorandū hunc ab orien-
te magos non angelus sed stella perduxit.

Quia uidelicet iudeis tamquā ratione uten-
bus. rationale dñimal id est angelus prædi-
care debuit. Gentiles uero quia uti ratione
nesciebant. ad cognoscendū dñm non per uo-
cem sed per signa perducuntur. Quia &
illis prophetiæ tamquā fidelibus non infi-
delibus. & isti signa tamquā infidelibus
non fidelibus data sunt. Et notandum quod
redēptorē nr̄m cū iam perfecta esset acta-
tus. eisdem gentibus apostoli prædicant.
cumq' parvulū & necdū per humani cor-

poris officiū loquentē stella gentibus denun-
tiat. Quia nimirū rationis ordo poscebat. ut
loquentē iā dnīm loquentes nobis prædicato-
res innotescerent. & ne cdū loquentē loquen-
tē elementa muta prædicarent. Sed in
omībus signis quæ uel nascente dño uel
moriente monstrata sunt. considerandū
nobis est quanta fuerit in quorūdā iude-
orū corde duricia. quæ hunc nec per pro-
phetiæ donū nec per miracula agnouit.
O mā quippe elementa duc torē suū ue-
nisse testata sunt. vt enī de his quiddā
usu humano laquar. dm̄ hunc cæli esse
cognouerunt. quia protinus stellam
misericordia. Mare cognouit. quia subplan-
tis eius se calcabile præbuit. Terra co-
gnouit. quia eo moriente contremuit.
Sol cognouit. quia lucis suæ radios ab-
scondit. Saxa & parietes cognouerunt.
quia tēpore mortis eius scissa sunt. In-
fernus agnouit. quia hos quos tenebat

mortuos reddidit. Et tamen hunc quē
dm̄ om̄a insensibilia senserunt. ad hoc
infedeliū corda iudeorū dm̄ esse mui-
me cognoscunt. Et duriora laxis scindi
ad poenitendū nolunt. eūq; confiteri
abnegant. quē elementa non abnegant.
ut diximus aut signis aut scissionibus
dm̄ clamant. Qui & iā ad dāpnationis sue
cumulū eū quē natū despiciunt. nasci-
turū longe ante præscierunt. Et non so-
lū quia nasceretur nouerant. sed & iā
ubi nasceretur. Nā ab herode requisiti
locū nativitatis eius exprimunt. quē
scripturæ auctoritate didicerant. Et
testimoniuū proferunt. quod bethleem
honorari nativitate noui ducis ostenditur.
vt ipsa eorū gemina scientia. &
illis fieret testimoniuū dāpnationis. & no-
bis ad adiutoriū credulitatis. Quos p-
fecto bene isaac cū iacob filiū suū be-
nediceret designauit. quia caligans

oculis & prophetans in præsentc filiū non
uidit. cui tamen multa in posterū p̄uidit
Quia nimirū iudaicus populus prophetæ
spū plenus & cæcus. cū de quo multa infu-
turū prædixit. in præsenti positū non a-
gnouit. Sed natuuitate regis nr̄i cogni-
ta. herodes ad callida argumenta con-
uertitur. ne terreno regno priuaret.
Renunciari sibi ubi puer inueniretur po-
stulat. adorare cū uelle se simulat. ut
quia si hunc inueniri possit extinguat.
Sed quanta est huma malicia contra con-
filiū diuinitatis scriptū quippe est.
Non est sapientia non est prudentia non
est consiliū contra dñm. Nā quæ appa-
ruit. magos stella perduxit. Natūre
gē repperiunt. munera detulerunt.
Et ne redire ad herodē debeant. insom-
nis admonentur. Sic q̄ fit ut ih̄m quē
quærerit herodes inuenire non possit.
Cuius persona qui alii quā hypocrita

designantur qui dū sicut te querunt inuenire dñm nū quā merentur. Sed inter hęc
sciendū est quod priscillianistæ heretici
nasci unū quēq̄ hominē sub constitutio
nibus stellarū putant. Et hoc in adiuto
riū sui erroris adsumunt quod noua
stella exiit cū dñs in carne apparuit.
Cuius fuisse fatū eandē quæ apparuit
stellā putant. Sed si euangelii uerba
pensamus quibus de eadē stella dicitur
Usq; dū ueniens staræ supra ubi erat puer
Dū non puer ad stellā sed stella ad puerū
cucurit. Si dici liceat non stella fatū pu
eri sed fatū stellæ is qui apparuit puer
fuit. Sed absit a fideliū cordibus ut es
se aliquid fatū dicant. Vitā quippe ho
minū solus hanc conditor qui creauit
administrat. Neq; enī propter stellas
homo sed stellæ propter hominē factæ
sunt. Et si stella fatū hominis dicitur
ipsiis suis ministeriis subesse homo perhibet

Certe ^{cū} iacob de utero egrediens prioris fris
plantā tener& manu. prior perfe^cte nequa
quā egredi potuit. nisi & subsequens inchoasset.
Et tamen cū uno tēpore eodēq' momento u
trūq' mater funder&. non una utriusq' uitæ
fuit æqualitas. Sed adhæc solent mathema
tici respondere. quia uirtus constellationis
inictu pungentis est. Quibus ediuerso nos
dicimus. quia magna est mora natiuitatis
Si igitur inictu punc^ti constillatio permu
tatur. necesse iā erit ut tot dicant fata. quo
sunt menbra nascentiū. Fateri & iā mathe
matici solent. quod quisquis signo aqua
rii nascitur. in hac uita piscatoris ministe
riū sortiatur. piscatores autē ut fertur
getulia non habet. Quis igitur dicat quia
nemo illic instella aquarū nascitur. ubi
piscator omnimodo non habetur. Rursum
quos nasci signo liber& asserunt. trapezi
tas futuros dicunt. & trapezitas multa
rū gentiū prouinciat ignorant. fatcan

tur ergo necesse est aut hoc in eis signūde
 esse. aut affectū fatale nullomodo habere
 n̄ persarū francorūq; terra. reges ex genere
 prodeunt. Quibus profecto nascentibus.
 quis aestimāt quanti cūdē momentis hora
 rum ac tēporū ex seruili conditione na
 scuntur. Et tamen regū filii uno eodēq;
 sidere cū seruis nati ad regnū profici
 unt. cū serui qui secū fuerant nati in ser
 uitute moriantur. hæc de stella brevi
 ter diximus. ne mathematicorū stul
 titiā in discussam præterisse videamur.
 Magi uero myrrā aurū & thus deferunt
 Aurū quippe regi congruit. thus uero
 in di sacrificio ponebatur. Myrra au
 tē mortuorū corpora condiuntur.
 Eum ergo magi quē adorant. & iā my
 sticis muneribus prædicant. Auro re
 gem. thure dīm. myrra mortalem.
 Sunt uero nonnulli heretici qui hunc
 dīm credunt. sed ubiq; regnare nequa

quā credunt. hi profecto ei thus offerunt
sed offere & iā aurū nolunt. Et sunt non
qui hunc regē existimant. sed dñm negant
h i uidelicet ei aurū offerunt. sed offere
thus nolunt. Et sunt non nulli qui hunc
& dñm regē fatentur. sed assūpsisse car-
nē mortale negant. hi nimirū ei au-
rū & thus offerunt. sed offere myrrā
assūptæ mortalitatis nolunt. Nos itaq;
nato dño offeramus aurū. & hunc ubiq;
regnare fateamur. Offeramus thus.
ut credamus quod is qui intēpore ap-
paruit. dī ante tēpora extitit. Offeramus
myrrā. ut eū quē credimus insua diuini-
tate impassibile. credamus & iā in nrā
fuisse carne mortale quāuis in auro
thure & myrra intellegi & aliud potest.
A uro nāq; sapientia significatur. salo-
mone attestante qui ait. Thesaurus
desiderabilis. requiescit in ore sapien-
tis. Thure autē quod dō incenditur

virtus orationis exprimitur: psalmista
testante qui dicit. Dirigatur orationem
sicut incensum inconspectu tuo per myrram
uero carnis nostrae mortificatio figuratur.
unde secundum acta de suis operarum usque ad mor-
tem pro domino certantibus dicit. Manus meae
distillauerunt myrram. Nato ergo regi au-
rum offerimus si inconspectu illius clarita-
te supernae sapientiae resplendemus. Thus
offerimus si cogitationes carnis per secundum ora-
tionum studia in ara cordis accendimus. ut
suave aliquid domino per caeleste desiderium re-
dolere ualeamus. Myrram namque ut diximus
agitur ne mortua caro putrefiat. Mor-
tuam uero carnem putrescere est. hoc morta-
le corpus fluxui luxuria deseruire. sicut
de quibusdam per prophetam dicitur. Conpu-
truerunt iumenta in stercore suo. Iumen-
ta quippe in stercore suo putrescere est.
carnales homines in foetore luxuria ui-
ta finire. Myrram ergo domino offerimus quan-

do hoc mortale corpus aluxuria putredine.
per condimentū continentia custodimus.

M agnū uero nobis aliquid nobis magi innuunt.
quod in regionē suā per alia viā reuertunt.

I n eonāq' quod ammoniti faciunt nobis pro
fecto insinuant quid faciamus. Regio quip
pe nrā paradysus est. ad quā ^{meū} cognito redire
per viā qua uenimus prohibemur. A regio
ne & enī nrā superbiendo. in oboediendo. ui
sibilia sequendo. cibū uetidū gustanda dis
cessimus. Sed adeā necesse est. ut flendo.
oboediendo. uisibilia contēpnendo. atq' ap
petitū carnis refrenando rededamus. per di
am ergo viā ad regionē nrā regredimur.
quō qui a paradysi gaudius perdilectamenta
discessimus. adhæc perlamenta reuocamur.

V nde necesse est fr̄s km̄ ut semper pauidi sēm
per suspecti ponamus ante oculos mentis
hic culpas operis. illic iudiciū extremae di
strictiōnis. pensemus quā districte iudex
ueniat. qui iudiciū minatur & latet terro

ref. peccatoribus intentat. & tamen adhuc
 sustinet. Et idcirco uenire citius differt. ut
 minus inueniat quos condēpn& puniamus
 fletibus culpas. & cū psalmista uoce præueni
 amus faciē eius in confessione uoluptatum
 fallacia nos ergo nulla decipiatur. nulla ua
 na latitia seducat. in proximo nāq est iu
 dex quidicit. Ne uobis qui ridetis nunc.
 quia lugebitis & flebitis. hinc enī salomon
 ait. R̄sus dolore miscebitur. & extrema
 gaudii luctus occupat. hinc iterū dicit
 R̄sū deputauī errore. & gaudio dixi. quid
 frustra deciperis. hinc rursus ait. Cor sa
 pientiū ubi tristitia est. & cor stultorū
 ubi latitia. pertimescamus igitur præ
 cepta dī. si celebramus ueraciter sollepnii
 tate dī. Gratū nāq dō sacrificiū est. conua
 peccatiū. psalmista testante qui ait. Sacri
 ficiū dō sp̄ contribulatus cor contritū
 & humiliatū. peccata nr̄a pr̄terita in
 baptismatis perceptione laxata sunt. &

tamen post baptisma multa cōmisimus. sed
lauari iterū baptismatis aqua non possum.
Quia ergo & post baptisma inquinauimus
uitā baptismus lacrimis conscientiā qua
tenus regionē nrām per viā aliā repeten
tes. qui ex ea bonis dilectati discescimus ad
eā malis amaricati redeamus. Et vñ xi scđo
n illo dixit ihc discipulis suis para p̄mat̄
bolā hanc. Simile est regnū thesauro ab
scondito in agro. usq; noua & uetera. Quid
Cælorū regnū fr̄s km̄ id BEATI GREGORIPI
circo terrenis rebus simile dicitur. ut
ex his quæ animus nouit surgat ad inco
gnita. Quatenus exemplo uisibiliū se ad
inuisibilia rapiat & per ea quæ usu didi
cit. quasi confricatus incalescat. ut per
hoc quod scit notū diligere. discat & in
cognita amare. Ecce enī cælorū regnū
thesauro abscondito in agro cōparatur.
quē qui inuenit abscondit homo. & præ
gaudio illius uadit. & uendit uniuersa

quæ habet & emit agrum illū. Quia in re hoc
 quoq' notandum est. quod inuentus thesau-
 rus absconditur. ut seruetur. Quia studi-
 um cœlestis desiderii amalignis spiriti-
 bus custodire non sufficit. qui hoc ab huma-
 nis laudibus non abscondit. In præsenti &
 enī uita quasi in uia sumus qua ad patriā
 pergimus. maligni autē sp̄s. iter nr̄m qua-
 si quidā latrunculi obsident. Depradari
 ergo desiderat. qui thesaurū publice por-
 tat in uia. hoc autē dico. non ut proximi
 nr̄i opera nr̄ā non uideant. cū scriptū sit.
Videant opera urā bona. & glorifcent patrem
 urā qui in cœlis est. Sed ut per hoc quod
 agimus. laudes exterius non queramus
Sic autē sit opus in publico. quatinus inten-
 tio maneat in occulto. ut & de bone opere
 proximis præbeamus exemplū. & tamen
 per intentionē quasi soli dō placere qua-
 rimus. semper optemus secretū. Thesau-
 rus autē cœlestē est desideriū. Ager ue-

ro in quo thesaurus absconditur. disciplina
studii caelestis est. quē profecto agrū uen-
ditis omnibus cōparat. qui uoluptatibus car-
nis renuncians. cuncta sua terrena deside-
ria per disciplinæ caelestis custodiā calcat. ut
nihil iā quo caro blanditur libeat nihil quod
carnalē uitā trucidat sp̄s perhorrescat.

R ursū caeleste regnū negotiatori homini simi-
le dicitur. qui bonas margaritas querit. sed
unā preciosam inuenit. Quā uidelicet inuen-
tam om̄ā uendens emit. quia qui caelestis
uitæ dulcedinē inquantū possilitas ad-
mittit perfecte cognouerit. ea quaꝝ inter-
ris amauerat libenter cuncta derelinquit.
In cōparatione eius uilescunt om̄ā. desertit ha-
bita. congregata dispergit. In ardescit incę-
lestibus animus. nil interrenis libet. de-
forme conspicitur. quicquid de terrenæ
rei placebat specie. quia sola preciosar
margarita claritas fulgit in mente. De
cuius dilectione recte per salomonem

42

dicitur. Fortis est ut mors dilectio. Quia
uidelicet sicut mors corpus interimit. sic
amorē rerū corporaliū aeternæ uitæ cari-
tas occidit. Nā quē perfecte obsorauerit
ad terrena foris desideria uelut insensibi-
lē reddit. Neq; enī scā hæc cuius hodie na-
talia celebramus mori pro dñō potuiss&
incorpore. si terrenis prius desideris mor-
tua non fuiss& in memte. Erectus nāq; in
uirtutis culmine animus. tormenta derisit
præmia calcauit. Ante armatos reges & præ-
sides ducta stetit. feriente robustior. iudi-
cante sublimior. Quid inter hæc nos barba-
ti aq; debiles dicimus. qui ire ad regna ca-
lestia puellas perferrū uidemus. quos ira
superat. superbia inflat. ambitio pertur-
bat. luxuria inquinat. Quia si ad ipsi re-
gna cælorū per bella persecutionū non
possimus. hoc ipsum nobis turpe sit quod
dñ nolumus saltē per pacē sequi. Ecce
nulli nr̄m hoc tēpore dicit dī prome mo-

rere sed illicita tantummodo in te deside
ria occide. Qui ergo in pace subicere
carnis desideria nolumus. quando in bel
lo ipsam carnem pro domino daremus. Rursus
simile est regnum calorum sagena missae
in mare. & ex omni genere piscium congreganti. Quae impleta ad litus eductur.
& in uasis boni pisces eliguntur. mali au
tē proiciuntur foras. Secundum ecclasiastica sagena
comparatur. quia & pescatoribus est com
missa. & per eam quisque ad aeternum regnum
a presentis seculi fluctibus trahitur. ne
in aeterna mortis profundum mergat.
Quae ex omni genere piscium congregantur.
quia ad peccatorum uenientia sapientes &
fatuos. liberos & seruos. diuites & pau
peres. fortes & infirmos uocant. Unde
& per psalmistam dominum dicitur. Ad te
omnis caro ueniet. Quae sagena scilicet
etiam tunc uniuersaliter repletur.
cum in fine sua humani generis summa

79

concluditur. Quā educunt & secus littū
sedent quia sicut mare seculū. ita secu-
li finē significat litus maris. In quo sci-
licet fine boni pisces in uasis eliguntur.
mali autē proiciuntur foras. quia & ele-
ctus quisq; intabernacula æterna reci-
pitur. & interni regni luce perdita ad
exteriorē tenebras reprobi per trahun-
tur. Nunc enī bonos malosq; cōmuntur
quasi permixtos pisces fidei sagena nos
continet. sed litus indicat sagena scā
& cōtæ quid trahebat. Et quidē pisces
qui capti fuerant mutari non possunt.
nos autē mali capimur. sed in bonitate
permutamur. Cogitemus igitur in cap-
tione. ne diuidamur in littore. Ecce
quā grata est uobis hodierna sollempni-
tas. ita ut se non modicum si cui ex hoc
conuentu nrō de esse contingat. Quid
ergo in illa die acturus est qui a con-
spectu iudicis rapitur ab electorum

societate separatur. qui tenebresc& alu
mine. cruciatur & eterna cōbustione. Vnde
& hanc eandē cōparationē dñs subbreuita
te aperit cū sub iungit. Sic erit incon
sumatione s̄eculi. Exibunt angeli & sepa
rabunt malos de medio iustorū. & mittunt
eos incaminū ignis. ibi erit fletus & stridor
dentiū. hoc iā fr̄t k̄mī timendū potius
est quā exponendū. A perta & enī uoce
tormenta peccantiū dicta sunt. ne quis
ad ignorantia suarē excusationē recurrit.
Si quid de æterno supplicio obscure dicere
tur. vnde & subditur. Intellexistis hæc
om̄a. Dicunt ei. utiq̄ dñe. Atq̄ in conclu
sione subiungitur. Ideo om̄is scriba doctil
in regno cælorū. similis est homini patri
familias proferenti de thesauro suo noua
& uetera. Si per nouū & uetus quod dici
tur utrūq̄ testamentū accipimus. abra
ham doctū fuisse denegamus. qui noui
& ueteris testamenti & si facta nouit. mi

nime uerba nunciauit. Morsen quoque
docto patrifamilias cōparare non possum.
qui & si testamentū uetus docuit. noui
testamenti dicta non protulit. Dū ergo
adhoc intellectu excludimur. ad aliū
uocamur. Sed in eo quod ueritas dicit.
omnis scriba doctus in regno cælorū. simi
lis est homini patrifamilias. intellegi ua
lē. quia non de his qui fuerunt. sed de his
qui esse in æcta poterant loquebatur. qui
tunc noua & uetera proferunt. cū utriusq
testamenti prædicamenta uocibus loquun
tur. Quod tamen intellegi & aliter potest.
Vetustum quippe humani generis fuit ad
inferni claustra descendere pro peccatis
suis supplicia æterna tolerare. Cui per
mediatoris aduentū nouū aliquid ac
cessit. ut si hic recte studeat uiuere. cæ
lorū ualeat regna penetrare. Et homo
interia editus a corruptibili uita moria
tur. In cælo collocandus & uetus itaque

est. ut pro culpa humanū genus in æterna
poena intereat. & nouū ut conuersus in re
gno uiuat. Quod ergo in conclusio locuti
onis suæ dñs subdedit. hoc est utiq; quod
præmisit. prius enim de regni similitu
dine thesaurū inuentū ac bonā margari
tā protulit. post modū uero inferni poenas
de malorū cōbustione enarravit. atq; in
conclusione locutionis suæ subiungit.

Ideo doctus scriba in regno cælorū similis
est patrifamilias. proferenti de thesau
ro suo noua & uetera. & si aperte dicere
tur. Ille in scā acta doctus prædictor
est. qui & noua scit proferre. de sua uita
te regni. & uetusta dicere supplicii. ut
uel ponat terreat. quos præmia non
inuitant. Audiat de regno quod amet.
audiat de suppicio unusquisq; quod tu
meat. Ut torpentē animū & terræ ue
hementer inherentē si amor ad regnū
non trahit timor minetur. Ecce enim

de gehennæ expressione dicitur. Ibi erit
 fletus & stridor dentium. Sed quia præ
 sentia gaudia sequuntur perpetua la
 menta. hic fr̄s km̄i uanā lætitia fugite
 si illic flere formidatis. Nemo & enī po
 test & hic gaudere cū sc̄culo. & illic re
 gnare cū dō. Temporalis itaq; lætitia
 fluxa restringite. carnis uoluptates
 edomate. quicquid animo expræsentis
 sc̄culo arridet. ex consideratione ater
 ni ignis amarescat. Quicquid in mente
 pueriliter hilarescit. hoc disciplinae iu
 uenalis sensus coherceat. ut dū sponte
 temporalia fugitis. aeterna gaudia sine
 labore capiatis. **E**v̄o xii sc̄nū mat̄
 nitto dixit itc discipulis suis parabolā
 hanc. Simile est regnum cælorū decem
 virginibus. usq; diē neq; horā. Qāt Beāt
 epe uos. ● fr̄s km̄i ad **T**o REGORI pp
 moneo praua opera fugere. mundi
 huius inquinamenta deuitare. Sed ho

dierna sc̄i euangeli lectione cōpellor di-
cere. ut & bona quæ agitis. cū magna cau-
tela timeatis; ne per hoc quod auobis re-
ctum geritur. fauor aut grā humana
requiratur; ne appetitus laudis surripiat.
& quod foris ostenditur. intus amercede
uaduetur; Ecce enī redēptoris nři uoce
decē uirgines. & om̄s dicuntur uirgines.
& tamen intra beatitudinis ianuā non
om̄s receptæ; Quia earū quædā dū deuir-
ginitate sua gloriā foris expetunt. inua-
sis suis oleū habere noluerunt; Sed prius
nobis quarendū est quid sit cælorū re-
gnū. aut cur decē uirginibus cōparetur.
quæ & iā uirgines prudentes & fatuæ di-
cuntur. Nū enī cælorū regnū constet
quia reproborū nullus ingreditur. & iā
fatuis uirginibus cur simile esse perhibe-
tur. sed sciendū est quod ū sepe in sa-
cro eloquio regnū cælorū præsentis tem-
poris acta dicitur; De quo alio in loco dñs.

dicit. Mitt& filius hominis angelos suos.
& colligent de regno suo om̄a scandala.
Neq; in illo regno beatitudinis in quo pax
summa est. inueniri scandala poterunt
qua colligantur. Et unde rursū dicitur;
Qui ergo soluerit unū de mandatis istis
minimis & docuerit sic homines. minimus
uocabitur in regno cælorū; Qui autē fe-
cerit & docuerit magnus uocabitur in
regno cælorū; Mandatū quippe soluit
& docet. quando hoc quisq; uoce prædicat.
quod uiuendo non implet; Sed ad regnū
æternæ beatitudinis peruenire non ua-
let. qui non uult implere quod docet; Quo-
modo ergo in eo minimus uocatur. qui ad
hoc nullomodo intrare permittitur.
quid itaq; per hanc sententiā. nisi presen-
tia cælorū regnū dicitur. in qua do-
ctor qui mandatū soluerit minimus
uocabitur. Quia cuius uita despicitur.
restat ut & prædicatio contemnatur.

Inquinque autem corporis sensibus unusquisque
subsistit; Geminatus autem quinarius dena-
riū perficit; Et quia ex utroque sexu fidelium
multitudo colligitur: scā ecclā decē uirgi-
nibus ^{similis} denunciatur; In qua quia mali cū
bonis & reprobi cū electis admixti sunt.
recte similis uirginibus prudentibus & fa-
tuis esse perhibetur; Sunt namque plerique con-
tinentes qui ab exteriori se appetitu custo-
diunt & spe ad interiora rapiuntur; Carnē
macerant & toto desiderio ad supernā pa-
triā anhelant; & terna p̄æmia expetunt
pro laboribus suis laudes humanas recipere
nolum; hinc mirū glā suā non in ore ho-
minū ponunt sed intra conscientiā con-
tegunt; Et sunt plerique qui corpus per ab-
stinentiā affligunt sed de ipsa sua absti-
nentiā humanos fauores expetunt.
Doctrinæ inseruiunt indigentibus mul-
ta largiuntur. Sed fatuæ profecto sunt
uirgines quia solā laudis retributionē

quærunt; Vnde & aperte subditur; Quinque
fatuæ non sūperunt oleū secū pruden-
tes autē acceperunt oleū in uasis suis cū
lampadibus; per oleū quippe nitor glæ
designatur. uascula autē nrā sunt corda
in quibus ferimus cuncta quæ cogitamus;
prudentes ergo oleū in uasis habent quia
nitorē glæ intra conscientiā retinent.
paulo attestante quic dicit; Gta nrā hæc
est testimoniuū conscientiæ nrā; fatuæ
autē uirgines oleū secū non sumunt quia
glam intra conscientiā non habent. dū
hanc ab ore proximorū quærunt; Noran-
dū uero quod om̄s lāpades habent sed
om̄s oleū non habent; Quia plerūq; bona
in se opera cū electis & reprobi ostendunt.
sed soli ad sponsū cū oleo ueniunt quide-
bis quiforis egerint intus glam requi-
runt; Vnde per psalmistā quoq; de scā
electorū acta dictitur; Om̄s gta eius fi-
lia regū ab intus; Morā autē faciente

sponsō dormitauerunt om̄s & dormierunt;
Quia dū uenire iudex ad extremū iudiciū
difert & electi & reprobi in mortis sōno
sopiuntur. Dormire & enī mori est; Ante
somnū uero dormitare est ante mortē
a salute languescere; quia per pondus &
gritudinis peruenitur ad somnū mortis;
Media autē nocte clamor factus est. ecce
sponsus uenit ex te obuiam ei; De aduen-
tu sponsi clamor media nocte fit. quia sic
iudicii dies subrepit ut praevideri non
ualeat quando uenit; Vnde scriptū est;
Dies dñi sicut fur in nocte ita ueniet. Et
tunc om̄s uirgines surgunt. quia electi
& reprobi a somno suæ mortis excitant;
Lampades ornant quia sua secū opera nu-
merant pro quibus æternā recipere bea-
titudinē expectant; Sed lampades fa-
tuarū uirginū extinguntur. quia ea
rū opera quæ clara hominibus foris ap-
paruerunt in aduentu iudicis intus ob-

scurantur; Et ad dō retributionē non in
ueniunt quia pro eis receperunt ab homi
nibus laudes quas amauerunt; Quid est
autē quod tunc a prudentibus oleū pe
tunt nisi quod in aduentu iudicis cū se in
tus uacuas inuenient testimoniuī foris
quærunt; Ac si a sua fiducia decepta pro
ximis dicant; Quia nos quasi sine opere
repelli conspicitis; dicite de nr̄is operib;
quid uidistis; Sed prudentes uirgines
respondent dicentes; Ne forte non suffi
cia & nobis & uobis; In illo enī die quod ta
men de quibus dā in pace & dā quiescen
tibus loquor; sibim & ipsis testimonium
uniuersiūsq; uix sufficit quanto minus
& sibi & proximo; Vbi & protinus per in
crepationē subdunt; Itē potius ad uen
dentes & emite uobis; Venditores qui p
pe olei adulatores sunt; Qui enī accep
ta qualib & uānis suis laudibus nitorē
gt & offerunt quasi oleū uendunt; De

quo profecto oleo psalmista dicit; Oleū au-
tē peccatoris. non impinguet caput meū;
P rincipale & enī ^{est} nřm caput. A pellatione au-
tē capitif. ea quā principatur corpori mēns
uocatur; In pinguat ergo caput oleū pec-
catoris. cū demulcē mentē fauor adulan-
tis; Sed cū uent emere uenit sponsus; Quia
cū uitæ suæ testimoniū a proximis quā
runt iudex uenit. qui non operū sed cor-
diū testis est; Quā autē parata erant.
intrauerunt cū eo adnuptias & clausa
est ianua; O si sapere cordis palatū pos-
sit. quid admirationis habē quod dici
tur uenit sponsus. quid dulcedinis intra-
uerunt cū eo adnuptias. quid amarai
dinis & clausa est ianua; Venit quippe
ille qui in aduentu suo elementa concu-
tit. incuius conspectu cælū & terra con-
tremiscit; Vnde & iā per prophetā dicit;
A d huc semel & ego mouebo non solū ter-
rā. sed & iā cælū; Ad cuius examen om̄e

humānū genus deducitur. cui aduindit
 Etam malorū remunerationēq' bonorū
 angeli archangeli throni principatus &
 dominationes obsequuntur; Pensate fr̄s
 kī ad conspectū tanti iudicis quis in illo
 die terror erit. quando iā in poena re
 medū non erit; Quæ illa confusio. cui re
 atu suo exigente contingit inconuentu
 omī hominū angelorūq' erubescere;
 Qui pauor. cū quē & tranquillū mens huma
 na capere non ual&. &iā iratū uidere;
 Quē diē bene propheta intuens ait; Dies iræ
 dies illa. dies tribulationis & angustiæ.
 dies calamitatis & miseriae. dies tenebra
 rū & caliginis. dies tubæ & clangoris;
 Pensate ergo fr̄s extremi diē iudicii super
 corda reprobōrū qua desperitate prophe
 ta uidit amarescere. quē tot appellatio
 nibus non ual& explicare; Quanta uero
 tunc erit electorū lātitia. qui de eius
 merentur uisione gaudere. de cuius con

t dies ne
bula
etur
binus

specu uident & elementa contremiscere
& cū eosimul adnuptias intrare; Qui &
insponsi nuptiis gaudent & tamen ipsi sunt
sponsa. Quia in illo aeterni regni thalamo
uisioni nr̄ae dī coniungitur; quæ scilicet ui-
sionē nūquā imperpetuum ab amoris sui am-
plexibus euelletur. Tunc regni ianuali
gentibus clauditur. quæ modo cottidie
poenitentibus aperitur; Erit nāq tunc
poenitentia sed fructuosa iā non erit.
quia nequaquam tunc ueniā inuenit. qui
modo aptū ueniæ tempus perdit; hinc
& enī paulus dicit. Ecce nunc tēpus ac
ceptabile. ecce nunc dies salutis; hinc pro-
pheta ait. Quarite dn̄m dū inueniri po-
test. inuocate cū dū prope est; Vnde &
eadē fatuas uirgines inuocantes dn̄s
non audit. quia interclusa regni ianua
is qui nunc per exauditionē prope est.
prope iā non erit; Nam subditur; Nouissi
me ueniunt. & reliquæ uirgines dicentes;

Dñe dñe aperi nobis; At ille respondens ait;
 A men dico uobis nescio uos; Ibi iā adño
 non potest mereri quod petit qui hic no
 luit audire quod iussit Quia qui tēpus
 congrua poenitentia perdit frustra ante
 regni ianuā cū precibus uenit hinc est enī
 quod per salomonē dñs dicit; Vocau & re
 nūisti extendi manū meā & non fuit qui
 aspiceret; Despexistis omē consiliū mcū
 & increpationes meas neglexistis; Ego
 quoq' in interitu urō ridebo & subsanna
 bo cū uobis quod timebatis aduenerit;
 Cū irruerit repentina calamitas & interi
 tus quasi tēpestas ingruerit; Quando ue
 nerit super uos tribulatio & angustia
 tunc in uocabunt me & non exaudiā ma
 ne consurgent & non inuenient me; Ecce
 aperiri clamant & repulsionis suæ dolore
 cōpulsæ appellatiōnē dominiōnis inge
 minant dicentes; Dñe dñe aperi nobis
 p̄ reces offerunt sed nesciuntur; Quia tunc

uelut incognitos dī deserit. quos modo suos
per uitā meritū non agnoscit. Vbi aperte
quoq generalis ad discipulos exhortatio
sub infertur. cū dicitur. Vigilate itaque.
quia nescitis diē neq horā. Quia post pecca-
ta dī poenitentiā suscipit. si scir&e quisq de
præsentia sc̄to quo tēpore exir&e. aliud tēpus
uoluptatibus atq aliud poenitentia ap-
tare potuisset. Sed qui poenitentiā ueniā
spondit. peccanti diē crastinū non promisit.
Semper ergo extremū diē debemus metu-
ere. quē nūquā possimus præuidere. Ecce
hunc ipsū diē in quo loquimur inducias
conuersionis accepimus. & tamen mala
quæ fecimus flere recusamus. Non solum
cōmissa non plangimus. sed & iā quæ defle-
antur augemus. At si aliqua nos egritu-
do corripiat. si signa ægritudinis uicinā
mortē denuncient. inducias uiuendi
quærimus ut peccata nrā defleamus. &
eas cū magno œstu desiderui petimus.

quas acceptas modo pro nihilo habemus.
Rem fr̄t k̄mī refero. quā si intente audire
uult caritas urā. ex consideratione illius
uehementer instruatur. Quidā uir nobi-
lis in prouincia ualeria nomine crisauri-
us fuit. quē lingua rustica populus crise-
riū uocabat. Vir ualde idoneus. sed tantū
plenus uicius. quantū rebus superbia tumi-
dus carnis sua uoluptatibus subditus. in
adquirendis rebus auaricia facibus ac
census. Sed cū tot malis dñs finē ponere
decreuisset. sicut a religioso uiro quodam
qui nunc super est propinquo illius didici
corporis languore percussus est. Qui ad
extremū ueniens eadē hora qua iā de cor-
pore erat exiturus. apertis oculis uidit
tetros & nigerrimos sp̄s corā se adfistere
& uehementer inminere ut ad inferni
claustria se iaperent. Coepit tremere. pal-
lescere. sudare. & magnis uocibus indu-
cias petere. Filiūq; suū nomine maximū

quē ipse & iā monachus monachū in uidi-
ni
mis & turbatis clamoribus uocare dicens
Maxime curre. nūquā tibi mali aliquid feci.
infide tua me suscipe. Turbatus max maxi-
mus adfuit. Lugens & perstrebens familia
conueniente. eōl autē quos ille insistentes
sibi grauiter tolerabat. ipsi malignos sp̄s uide-
re non poterant. Sed eorū præsen inconfusione
& pallore ac tremore illius qui trahebatur
uidabant. pauore autē tetra imaginis buc
illucq; uertebatur in lectulo. iacebat insinu-
stro latere aspectū eorū ferre non poterat.
uerterebatur ad parietē ibi aderant. Cūq; con-
strictus nimis relaxari se iā posse desperarē
coepit magnis uocibus clamare dicens. Indu-
cias uel usq; mane. inducias uel usq; mane
Sed cū hæc clamarē in ipsis suis uocibus de-
habitaculo sux carnis euulsus est. De quo
nimirū constat. quia pro nobis ista non p-
se uiderit. ut eius uisio nobis proficiat. quos
adhuc diuina patientia longanumiter

exspectat. Nam illi tetross sp̄s ante mortē ui
 disse. & inducias petisse quid profuit. qui
 easdē inducias quas pecuit non accepit.
 Nos ergo fr̄s km̄i nunc sollicitate ista cogite
 mus. ne nobis in uacuū tēpora pereant. &
 tunc quaeramus ad bene agendū uiuere
 cū iā cōpellimur de corpore exire. Me
 mentote quid ueritas dicat. Orate ne fiat
 fuga urā sabbato uel hieme. per legis quip
 pe mandatū ambulare longius insabbato
 non licet. hiemps quoq' ad ambulandū im
 pedimentū est. quia gressus ambulantū
 torpor frigoris affringit. Aut ergo. Orate
 ne fiat fuga urā hieme uel sabbato. Ac si aper
 te dicat. videte ne tunc queratis peccata
 urā fugere. quando iā non licet ambulare.
 Illud ergo tēpus in quo fugere non licet. mo
 do debet cogitare dūlicet. Illa est hora nr̄i ex
 itus sēper intuenda. ista redēptoris admo
 nitio ante mentis oculos sēper ponenda qua
 dit. Vigilate itaq' quia nescitus diē neq' horā.

EV̄Ḡ XIII SECUNDVM LVCAS

In illo dixit ih̄c discipulis suis. Sunt lumbi uiri
præcincti & lucernæ ardentes in manibus uris.
Vsq; filius hominis ueniat. oam BEATI GREGORII p.

Sci euangeli i fr̄i k̄m̄ aperta nobis est le
ctio recitata sed ne aliquibus ipsa eius
planicies alta fortasse uideatur eā sub bre
uitate transcurrimus. quatinus eius expo
sitione ita nescientibus cognita fiat. ut tamen
scientibus onerosa non sit. Q uia uiris lu
xuria in lūbis sit. fēminis in umbilico te
statur dñs. qui de diabolo ad beatū iob lo
quitur dicens. Virtus eius in lūbis eius.
& fortitudo illius in umbilico uentris ei
A principali igitur lūborū nomine luxu
ria designatur. cū dñs dicit. sim lumbi uiri
præcincti. Lumbos enī prætingimus cū car
nis luxuriā per abstinentiā coartamus.
Sed quia minus est mala non agere nisi & īā
quisq; studeat & bonis operibus insudare
protinus additur. & lucernæ ardentes

in manibus uris. Lucernas quippe arden-
tes in manibus tenemus. cu per bona opera
proximis nr̄is lucis exempla monstramus.
De quibus profecto operibus dñs dicit. Luceat
lux urā corā hominibus. ut uideant opera
urā bona. & glorifcent patrē urm qui incē-
lis est. Duo autē sunt quæ iubentur & lū-
bos restringere. & lucernas tenere. ut &
mundicia sit castitatis incorpore. & lumen
ueritatis in operatione Redēptori & enī
nr̄ō unū sine altero nequaquā placere po-
test. si aut is qui bona ait adhuc luxuriæ
inquinamenta non deserit. aut is qui ca-
stitate præminet nec dū se per bona ope-
ra exercet. Nec castitas ergo magna est
sine bono opere. nec opus bonū est aliquid
sine castitate. Sed & si utrūq agitur. re-
stat ut quisquis ille est quis spe ad supernā
patriā tendat. ne quaquā se amicius pro-
mundibuius honestate contineat. qui & si
quædā bona aliquando pro honestate in-

choat. in eius tamen intentione non debet
per manere. nec per bona opera præsentis
mundi gloriam querere. sed tota spem in re
dæptoris sui aduentū constituat; Vnde &
protinus subdit; Et uos similes hominibus
exspectantibus dñm suū quandoreuer
tatur a nupciis; Ad nuptias quippe dñs a
bit. quia resurgens a mortuis ascendensq;
in cælū supernā sibi multitudinē angelo
rū nouus homo copulauit; Qui tunc reuer
tetur cū nobis iā per iudicium manifestabit;
Bene autē de seruis exspectantibus subdit;
Ut cū uenerit & pulsauerit confessum ape
riant ei; venit quippe dñs cū ad iudicium
properat. pulsat uero cū iā per ægritudi
nis molestiam esse uicinā mortē designat.
Qui confessum aperimus. si hunc cū amore
fuscipimus; Aperire enī iudici pulsanti
non uult. qui exire de corpore trepidat.
& uidere eū quē contēpsisse se memint
iudicē formidat; Qui autē de sua spe &

operatione securus est. pulsanti confessum
aperit. quia latus iudicē sustinet. Et cū
tempus propinquæ mortis agnouerit de
gta retributionis hylarescit; Vnde & proti
nus subditur. Beati sunt serui illi quos cū ue
nerit dñs inuenierit uigilantes. Vigilat.
qui ad aspectū ueri luminis mentis ocu
los apertos tenet. Vigilat. qui seruat ope
rando quod credit. Vigilat. qui a se torpo
ris & negligentiæ tenebras repellit. hinc
& enī paulus dicit. Euigilate iusti. & nolite
peccare. hinc rursus ait. hora est id nos
de somno surgere. Sed ueniens dñs quid
uigilantibus seruis exhibeat audiamus
amen dico uobis quod præcing& se & faci
et illos discubere. & transiens ministra
bit illis. Præcing& se. id est ad retribu
tionē præparat. Faci& illos discubere id
est in æterna quiete resouere. Discube
re quippe nr̄m in regno quiescere est.
unde rursū dñs dicit. Venient & recū

bent cū abraham & isaac & iacob in regno
celorum. Transiens autē dñs ministrat.
quia lucis suæ illustratione nos faciat
Transit uero dictū est. cū de iudicio adre-
gnūredit. vel certe dñs nobis post iudi-
ciū transit. quia abhumanitatis forma
in diuinitatis suæ contéplationē nos ele-
uat. Et transire eius est in claritatissime
speculationē nos ducere. cū eū quē in hu-
manitate in iudiciū cernimus. & iā indi-
uinitate post iudiciū uidemus. Ad iudici-
um quippe ueniens informa serui omib:
appar&. quia scriptū est. Videbunt in
quē transfixerunt. Sed cū reprobi insup-
plicio corrūunt. iusti ad claritatis eius
gtam per trahuntur. sicut scriptū est.
Tollatur impius. ne uideat gtam dī. Sed
quid si serui in prima uigilia neglegen-
tes existant. prima quippe uigilia. pri-
ma aetatis custodia est. Sed neq' sic de-
sperandū est & a bono opere cessandū.

84
85

Nam longanimitatis suæ patientiā insinu
ans dñs subdit. Et si uenerit in secunda ui
glia. & si intercia uigilia uenerit & ita ui
uenerit. beati sunt serui illi. Prima quippe
uigilia primæ uū tēpus est. id est puericia
Secunda adolescentia uel iuuentus. quæ
auctoritate sacri eloqui unū sunt dicen
tis. Latare iuuenis in adolescentia tua.
Tercia autē senectus accipitur. Qui ergo
uigilare in prima uigilia noluit. custo
diat uel secundā. Ut qui conuerti apri
uitatibus suis in puericia neglexit. ad ui
as uitæ saltim intēpore iuuentutis eui
gil&. Et qui uigilare in secunda uigilia
noluit. tēpore iuuentutis. terciæ uigilię
remedia non dmittat. Ut qui & in iuuen
tute ad uias uitæ non euigilat. saltim
in senectute resipiscat. Pensate fr̄s km̄
quia conclusit dī pietas duriciā nrām.
Non est & iā quid homo excusationis inue
nit. dī despicitur & exspectat contēpni

se uidet & reuocat in iuriā de contēptu suo
suscepit & tamen quandoq; reuertentibus
& iā p̄x̄mia promittit. Sed nemo cuius hanc
longanimitatē neglegat. quia tanto distri
ctiore iusticiā in iudicio exiget. quanto lon
giore patientiā ante iudiciū prærogauit.

Hinc & enī paulus dicit. Ignoras quō benignitas
dī ad poenitentiā te adducit. secundū du
riciā autē tuā & cor in poenitens thesauri
z̄as tibi irā in die irā & reuelationis iusti
iudicii dī. hinc psalmista ait. D̄s iudex
iustus fortis & longanimis. Dicturus qui p
e longanimē p̄x̄misit iustū. ut quē ui
des peccata delinquentū diu patiemter
ferre. scias hunc quandoq; & iā districte
iudicare. hinc per quendā sapientē dicit

Altissimus enī est patiens redditor. patien
enī redditor dicitur. quia peccata homi
nū & patitur & reddit. Nā quos diu ut con
uertantur tolerat. non conuersos duri
us dāpnat. Ad executiendā uero mentis

85
86

nrā desidiā & iā exteriora dāpna perfisi
litudinē ad me ^{dīg.} deducuntur. ut per hāc
animus ad suā custodiā suscitetur. nā
dicitur. hoc autē scitote. quia si scir& pa
ter familias qua hora fur uenir&. uigila
r& utiq& nonsiner& perfodi domū suā
Ex qua præmissa similitudine & iā exhor
tatio subinfertur cū dicitur. Et uos esto
te parati. quia qua hora nonputatis fili
us hominis ueni&. Nesciente autē patre
familias fur domū perfodit. quia dū a sui
custodia sp̄s dormit. improvisa mors ue
niens carnis nrā habitaculū inrūpit.
& eū quē dn̄m domus inuenerit dormi
entē necat. Quia cūuentura dāpna sp̄s mi
nime præuid&. hunc mors adsuppliciū
nescientē rapit. Furi autē resister& si ui
gilar&. quia ad aduentū iudicis qui oc
culte animā rapit. præcauens ei poeni
tendo occurrer&. ne inpoenitens perire.
Horā uero ultimā dñs nr̄ idcirco nobis

uoluit esse incognitā ut semper possit esse
despecta ut dū illā præuidere non possum.
ad illā sine intermissione præparemus. Prō
inde fr̄s mei in conditione mortalitatis urā
mentis oculos figite. Venienti iudici uos
perfletus cottidie & lamenta præparate.
cū certa mors maneat omībus. nolite de tē
poralis uitā prouidentia incerta cogitare.

T errenarū rerū uos cura non aggrauet.
quantislib& enī auri & argenti molibus
circūdetur. quibuslib& preciosis uestibus
induatur caro. quid est nisi caro. nolite
ergo attendere quid habetis. sed quid estis

V ultis audire quid estis. propheta indicat
dicens. vere foenū est populus. Si enī se
nū populus non est. ubi sunt. qui ea quæ
hodie colimus uobiscū transacto anno
beati felicis natalicia celebrauerunt.

O quanta & qualia de præsentis uitā pro
missione cogitabant. sed subripiente mor
tis articulo repente in his quæ præuide

86

re nolebant inueni sunt & cuncta simul
temporalia congregata quæ quasi stabili-
ter tenere videbantur amiserunt. Si er-
go transacta multitudo generis huma-
ni per nativitatē viruit in carne per mor-
tē aruit in puluere. videlicet foenu fuit.

Quia igitur momentis suis horæ fugiunt.
agite fr̄s k mī ut in boni operis mercede
teneantur. Audite quid sapiens salomon
dicat. Quod cūq potest manus tua facere.
instanter operare. quia nec opus nec ratio.
nec scientia. nec sapientia erunt apud in-
feros. quo tu properas. Quia ergo & uentu-
ra mortis tempus ignoramus. & post mortem
non possumus operari. super est ut ante mor-
tē tempora in dulci rapiamus. Sic enī sic mori
ipsa cū uenerit uincitur. si prius quā ueniat
timeatur. Et vñ xiii sc̄m iohanne.
nito dixit ihc discipulis suis. Ego sum pastor
bonus. usq unū ouile & unus pastor.
DO MELIA BEATI GREGORII PAPÆ

87

Audistis fr̄s k̄m exlectione euangelica
eruditionē urām. audistis exlectione
euangelica periculū nr̄m. Ecce enī is
qui non ex accidenti dono sed essentiali-
ter bonus est dicit. Ego sū pastor bonus.
atq' eiusdē bonitatis formā quā nos imi-
temur adiungit dicens. Bonus pastor a-
nimā suā ponit pro ouibus suis. Fecit quod
monuit. ostendit quod iussit. Bonus pastor
pro ouibus animā posuit. ut insacramen-
tō ^{nīro} corpus suū & sanguinē uerteret. & o-
ues quas redemerat carnis suæ alimento
faciarē. Ostensa nobis est de contēptu
mortis via quā sequamur. apposita for-
ma cui imprimamur. primū nobis est
exteriora nr̄a misericordia ouibus eius
impendere postremū uero si necesse sit.
& iā mortē nr̄am pro eisdē ouibus ministare

A primo autē hoc minimo peruenitur ad
postremū māius. Sed cū incōparabiliter
longe sit melior anima qua uiuimus. ter-

rena substantia quā exterius possidem⁹
Qui nondat pro oībus substātiā suā quā
do prohib̄ daturus est animā suā. Et sunt
non nulli qui dū plus terrenā substātiā
quā oues diligunt. merito nomen pasto
ris perdunt. De quibus protinus subdit⁹
Mercennariis autē & qui non est pastor:
cuius nonsunt oues propriæ uidet lupū
uenientē & dimitt& oues & fugit. Non pa
stor sed mercennarius uocatur: qui non
pro amore intimo oues dīcas. sed ad
temporales mercedes pascit. Mercennari
us quippe est qui locū quidē pastoris te
net. sed lucra animarū non querit. Terre
nis cōmodis inhabitat. honore prælationis
gaudet. Temporalibus lucris pascitur
impensa sibi ab hominibus reuerentia la
moncatur ut crescat ille uero qui ad

115

huc iniquus est. ammoneatur ut corrigat
quatinus at quisquis se ad sacerdotē
iunxerit sale ser monis illius conditus
recedat. hæc fr̄s uobiscū sollicite cogita
te. hæc proximis urīs impendite. om̄ipoten
ti dō fructū uos reddere de negocio quod
aceperistis parate. Sed ista quā di
cimus melius apud uos orando quā lo
quendo optinebimus. Oremus. D̄s qui nos
pastores in populo uocare uoluiſt. p̄sta
quaſumus ut hoc quod humano ore dici
mur intuis oculis esse ualeamus per dñm
nřm ih̄m xp̄m filiū tuū qui tecū uiuit
& regnat d̄s in unitate sp̄s sc̄i pom̄a ſcta

IE VI G X VIII SECUNDV JOHANNEM
nitto Dixit ih̄s turbis. Quis ex uobis ar
guet me de peccato. Usq. ih̄s autē ab
ſcondit ſe & exiuit de tēplo. OMT BEL

Pensate fr̄s k̄mī man. **F**TI GREGORIUS
ſuetudinē dī relaxare peccata ue
nerat & dicebat. Quis ex uobis arguē

me de peccato non de dignatur ex oratione
ostendere se peccatore nō esse qui ex
virtute diuinitatis poterat peccato
res iustificare. Sed terribile est ualde qđ
subdit. Qui est ex dō uerba dī audit; pro
pterea uos non auditis quia ex dō non estis;

Si enī ipse uerba dī audit qui ex
dō est. & audire uerba eius non potest
quisquis ex illo non est interrog& se unus
quisq; si uerba dī in aure cordis percepit.
& intellegit unde sit. Cælestē patriā de
siderare ueritas iub& carnis desideria
conteri mundi glām declinare. Aliena
non appetere propria largiri; pens& er
go apud se unus quisq; ur̄m si hæc uox dī
in cordis eius aure conualuit & quia iā
ex dō sit agnoscit. Nā sunt non nulli qui
præcepta dī nec aure corporis percipere
dignantur; Et sunt non nulli qui hæc
quidē corporis aure percipiunt. sed nul
lo ea mentis desiderio cōples tuntur;

Et sunt non nulli qui libenter uerba dī su
scipiunt ita ut fletibus cōpungantur.
sed post lacrimarū tēpus ad iniquitatē
redeunt; hi profecto uerba dī non audi
unt quia hāc exercere in opere contem
pnunt; Vītā ergo urām fr̄skī ante ocu
los mentis reuocate & alta considerati
one pertimescite hoc quod exore ueri
tatis sonat; propterea uos non auditis.
quia ex dō non estis; Sed hoc quod de re
probis ueritas loquitur ipsi hoc de sem &
ipsis reprobi inquis suis operibus ostendunt;
Nā sequitur; Responderunt igitur
iudei & dixerunt; Nonne benedicimus
nos quia samaritanus es tu & doemoniū
habes. Accepta autē tanta contumelia
quid dī respondeat audiamus; Ego dē
moniū non habeo sed honorifico patrē meū
& uos in honorastis me; Quia enī sama
ritanus interpretatur custos & ipse
ueraciter custos est de quo psalmista

dit. Nisi dñs custodierit ciuitatē in uanū
uigilant qui custodiunt eā; Et cui per isā
iā; Custos quid de nocte. custos quid de
nocte. Respondere noluit dñs samari
tanus non sū. sed ego doemoniū non habeo;
Duo quippe euillata fuerant. unū negauit.
& aliud tacendo consensit; Custos nāq
humani generis uenerat. & si samarita
nū se non esse diceret. esse custodē negare;
Sed tacuit quod recognouit. & patienter
reppulit quod dicitū falliciter audiuit
dicens; Ego doemoniū non habeo; Inqui
bus uerbis quid aliud nisi superbia nā
confunditur. quæ si ex agitata uel
leuiter fuerit atrocioreſ in iuriā red
dit quā acceperat. facit mala quæ po
test. minatur & quæ non potest facere;
Ecce iterū in iuriā suscipiens dñs non irasci
tur. non contumeliosa uerba respondit;
Qui si eisdē ista dicentibus respondere
uoluiss& doemoniū uos habetis. uerū

117
119

profecto dicera. quia nisi impleti docemo
mortā peruersa de dōlo qui non possent; adsp

Sed accepta iniuria & id quod uerū erat
dicere ueritas noluit. Ne nondixisse ue
ritatē. sed prouocatus contumeliam red
didisse uideretur; Ex quare quid nobis
innuitur. nisi ut eo tēpore quo proximis
ex falsitate contumelias accipimus. eo
rū & id uera mala taceamus. ne ministe
riū iustae correptionis. in arma uerta
mus furoris; Sed quia quisquis dī celo
utitur. a prauis hominibus de honestat;
Insem & ipso dñs nobis patientia p̄rabuit
exemplū qui ait; Sed honorifico patrē
meū. & uos in honorastis me; Sed quid
nobis ad ista faciendū sit. a d̄ huc exem
plo admonet cū subiungit; Ego autē
non queror gl̄am meā. est qui querat &
iudicet; Scimus certe quod scriptū est.
Quia pater om̄e iudiciū dedit filio; & ta
men ecce isdē filius iniurias accipiens

glam suā non querit illatas in iurias patris
iudicio seruat ut nobis profecto insinuā
quantū nos patientes esse debemus dū
se adhuc ulcisci non uult & ipse qui iudi-
cat; Cū uero malorū per ueritas crescit.
non solū frangi p̄dicatione debet sed & iā
augeri; Quod suo dñi exēplo nos admo-
nēt qui post quā doemoniū habere di-
ctus est prædicationis suæ beneficia lar-
gius impendit dicens; Amen amen dico
uobis si quis sermonē meū seruauerit.
mortē non uidebit in aeternū; Sed sicut
bonis necesse est ut meliores & iā per con-
tumelias existant ita semper reprobi
de beneficio peiores fiunt; Nā accepta
prædicatione iterū dicunt; Nunc co-
gnouimus quia doemoniū habet; Quia
enī aeterna morti inhererant & eandē
mortē cui inhererant non uidebant dū
solā mortis carnē inspicerent in ueri-
taus sermone caligabant dicentes;

118
120

Abraham mortuus est & prophetar. & tu dicit si quis sermonem meum seruauerit morte non gustabit in aeternum; Vnde & ipsi ueritati eundem abraham & prophetas quasi uenerantes preferunt; Sed aperta nobis ratione ostenditur quia qui dominum nesciunt. di quoque famulos falso uenerantur; Et notandum quod uidet eos dominus aperta sibi impugnatione resistere. & tamen eis non definit uoce praedicare dicens; Abraham pater uir exultauit ut uideret die meum. & uidit & gauisus est; Tunc quippe abraham die domini uidit & gauisus est. cum insiguria summae trinitatis tres angelos hospicio receperit; Quibus profecto susceptis. sic tribus quasi uni locutus est; Quia & si in personis numerus trinitatis est. in natura unitas diuinitatis; Sed carnales mentes aduentium oculos a carne non subleuant. in eos sola carnis etate pensant dicentes; Quinquaginta annos nondum ha-

bes & abraham uidisti: quos benignus redē
ptor nř acarnis suę intuitu submouit &
ad diuinitatis contemplationē trahit dicen̄

Amen amen dico uobis ante quā abraham
fier& ego sū. Ante enī præteriti tēporis est.
sum præsentis. Et quia præteritū & futurū
tēpus diuinitas non habet. sed sēper esse ha-
bet. non ait. Ante abraham ego fui. sed
ante abraham ego sū. Vnde & ad moysen
dicitur. Ego sū qui sū. sic dices filius ista
hel. qui est misit me aduos. Ante ergo uel
post abraham habuit. qui & accedere
potuit per exhibitionē præsentia&. & re-
cedere percursū uitæ. Veritas uero
sēper esse habet. quia ei quicquā nec pri-
ori tēpore incipitur. nec subsequenti
terminatur. Sed sustinere ista uerita-
tis uerba mentes infidelium non ualentef.
ad lapides currunt. & quē intellegere
non poterant. obruere quærebant. Quid
autē contra furorē lapidantiū dñs fe-

119
121

icit ostenditur. cū protinus subinfertur.
Ihs autē abscondit se & exiuit de tēplo
Mirū ualde est fr̄s k̄mī. cur persecutores
suos dñs sese abscondendo declinauerit.
qui si diuinitatis suæ potentia exerceſe
uoluiss&. tacito natu mentis insuis eos
ictibus ligar&. aut in poena subita mor
tis obruer&. Sed quia pati uenerat. ex
erceſt iudiciū nolebat. Certe sub ipso
passionis eius tēpore & quantū poterat
ostendit. & tamen hoc ad quod uenerat
pertulit. Nā cū persecutoribus suis se
quærentibus dicerae ego sū. sola hac
uoce eorū superbiā perculit. & om̄s in
terrā strauit. Qui ergo hoc in loco po
tuit manus lapidantiū non se abscon
dendo euadere. cur abscondit se. nisi
quod homo inter homines factus redē
ptor n̄r alia nobis uerbo loquitur. alia
exēplo. Quid autē nobis hoc exēplolo
quitur. nisi ut & iā cū resistere possim̄

irā superbientiū humiliter declinemus
Vnde & per paulū dicitur. Date locū irā
Quanta humilitate irā proximi fugere de-
beat perpendat homo si furores irascen-
tiū abscondendo se declinavit dī. Nemo
ergo se contra acceptas contumelias erigat.
nemo conuiciis conuiciū reddat. Imma-
tione & enī dī gloriōsius est in iuriā tacen-
do fugere. quā respondendo superare. Sed
contra hoc superbia dicit in corde. Turpe
est ut accepta iuriā taccas. quisquis
conspicit quia contumeliā suscipit & ta-
ces. non putat quia patientiā exhibes
sed crimina cognoscis. Sed unde vox
ista in corde nřo contra patientiā nasci-
tur nisi quia in imis cogitationē fixum.
& dū interia ḡtam quærimus. placere
ei qui nos de cælo conspicit non curamus.
Accepta ergo contumelia. meditemur
in opere uocē dī. Ego non querō ḡtam
meā. est qui querat & iudicet. hoc autē

120
122.

quod de dō scriptū est. abscondit se in
tellegi & aliter potest. Multa quippe ui
deis prædicauerat. sed prædicationis ei
uerba deridebant. Deteriores quoq;
ex prædicatione facti sunt. qui usq; ad
iaciendoſ lapides peruerterunt. Et quid
abscondendo se dñs significat. nisi quod
eiſ ueritas ipsa ueritas absconditur. qui
eius uerba ſequi contēpnunt. Ea quippe
quā non inuenit humilē ueritas fugit
mentē. & quā multi hodie ſunt qui iu
deorū duriciā detestantur. quid præ
dicationē dñi audire noluerunt. & ta
men quales illos arguunt fuſſe ad
fidē. tales ipſi ſunt ad operationē. præ
cepta dī audiunt. miracula cognoscunt.
ſed conuerti diuis prauitatibus reuuiſ
Ecce uocat & redire nolumus. ecce ſuſti
net. & eius patientiā diſſimulamus.
Dū ergo tēpus eſt fr̄s. prauitatē ſuā unus
quisq; deserat. dī patientiā pertimescat

ne quē nunc tranquillū despicit. iratū
post modū euadere nequa quā possit.
In itto dixit ihc dis lēvō x viii scōm amī
cipulis suis. Simile est regnū cælorū
homini patri familias qui exiit primo
mane conducere operarios in vineā suā
Vsq multi sunt uocati pauci uero electi.
O MELIA BEATI GREGORII PAPÆ
In explanatione sua multa adloquen
dū scī euangelii lectio postulat quā
uolo si possū sub breuitate perstringere.
ne uos. extensa processio & prolixa ex
positio uideatur onerare. Regnū cælo
rū patri familias simile dicitur. qui ad
excolendā vineā suā operarios conduit;
Quis uero patris familias similitudinē
rectius tenet. quā conditor nr̄ qui re
git quos condidit. & electos suos sic
inhoc mundo possidet. quasi subiectos
dñs in domo. Qui habet vineā uniuersā
scilicet & octam. quae ab abel iusto usq'

121
123

ad ultimū electū qui in fine mundi nasci
turus est. quot scōs protulit. quasi tot
palmites misit. hic itaq' pater familias
ad excolendā uineā suā mane. hora ter-
cia. sexta. nona & undecima operarios
conducit. Quia a mundi huius inicio usq'
in fine. ad erudiendā plebē fideliū prādi-
catores congregare non destitit. Mane
& enī mundi fuit ab adam usq' ad noe.
H ora uero tercia a noe. usq' ad abrahā.
S exta quoq' ab abrahā. usq' ad moyse.
N ona autē a moyse. usq' ad aduentū dñi.
V ndecima uero ab aduentu dñi. usq' in fi-
nē mundi. in qua prædicatores scī apo-
stoli missi sunt. qui mercedē plenā & tar-
de uenientes acceperunt. Ad erudien-
dā ergo dñs plebem suā quasi ad excolen-
dā uineā suā nullo tēpore destitit opera-
rios mittere. in uineā suā. quia & prius
per patres. & postmodū per legis docto-
res & prophetas. ad extremū uero per-

apostolos. dum plebis suae mores excoluit.
quasi per operarios in vineæ cultura la-
borauit. Quāuis in quolibet modulo uel
mensura. quisquis cū fide bonæ actionis
extitit. huius vineæ operarius fuit; Ope-
ratur ergo mane. hora tercia. sexta &
nona. antiquus ille & hebraicus populus
designatur. qui in electissimis ab ipso ex-
ordiomundi cū recta fide dñm studuit
colere. quasi non destitit in vineæ cul-
tura laborare. Ad undecimam uero genti-
les uocantur. quibus & dicitur. Quid hic
statis tota die ociosi. Qui enī transacto-
rā longo mundi tempore prouita sua la-
borare neglexerant. quasi tota die oci-
osi stabant. ^{Sed} pensate fr̄s. quid inquisitire
spondeant. Dicunt enī. quia nemo nos
conduxit. Nullus quippe adeo patri
archa. nullus propheta uenerat. Et quid
est dicere ad laborē nemo nos condu-
xit. nisi uita uias nobis nullus prædica-

122
124

uit. Quid ergo nos ab uno opere cessantes
in excusatione nostra dicturi sumus. qui pe-
ne a matris utero ad fidem uenimus. qui
uerba uitae ab ipsis cunabulis audiuimus.
qui ab uberibus scæcæ potu supernæ
prædicationis sumus cū lacte carnis.
Possimus uero & easdem diuersitates horarum
& iā ad unū quēq; hominē per aetatum
momenta distinguere; Mane quippe
intellectus nři puericia est; hora autē
tercia adolescentia intellegi potest.
qua quasi iā sol in altū proficit dum ca-
lor aetatis crescit; Sexta uero iuuentus
est. quia uelud in centro sol figitur. dum
in ea plenitudo roboris solidatur; Nona
autē senectus intellegitur. in qua uel
ut sol ab alto axe descendit. quia aetas
acalore iuuentutis deficit; Undecima
uero hora est ea aetas quæ decrepita uel
ueterana dicitur. Unde & greci ualde
seniores non ierontes sed præsbyteros

appellant ut plusquam senes esse insinuent.
quos prouectiores uocant. Quia ergo
aduita bona aliis in puericia. aliis in ad
olescentia. aliis in iuuentute. aliis in se
necitate. aliis indecrepita etate perdu
citur. quasi diuersis horis operari ad
uineam uocantur. Mores ergo uerbis fratribus
aspicite. & si iam dī operari estis uidete;
Penset unusquisque quid agat. & consideret
si in dī uinealabora. Qui enim in hac uita
ea quae sua sunt querit. adhuc ad dñicā
uineam non uenit. Illi namque dō laborant
qui non sua sed lucra dñica cogitant. qui
zelo caritatis studio pietatis inseruant;
Animabus lucrandis inuigilant. perdu
cere & alios secū ad uitā festinant. Nam
qui sibi uiuit. qui carnis suæ uoluptati
bus pascitur. recte ociosus redarguitur.
quia fructū diuini operis non sectatur;
Qui uero & usq' ad etatē ultimā dō uiue
re neglexerit. quasi usq' ad undecimā

torpentibus dicitur; Quid hic statis tota
die ociosi. Ac si dicatur aperte; Et si dō
uiuere in puericia & in iuuentute no
luisstis. saltim in ultima ætate resipi
scite. & ad uitæ uias cū iā laboraturi
multū non estis uel sero uenite; Et tales
ergo pater familias uocat. & plerūq; an
te remunerantur. quia prius ad regnū
de corpore exeunt. quā hi qui iā a pueri
cia uocati esse uidebantur; Annon ad
undecimā uenit latro. qui & si non ba
buit per ætatem habuit tamen sero p
poenā qui dñi in cruce confessus est. &
pene cū uoce sententiæ spm exalauit
uitæ. An ouissimo autem reddere dena
riū pater familias coepit. quia adpa
radysi requie prius latronē quā petrū
perduxit; Quanti patres ante legē
quantis sub lege fuerunt. & tamen hi
qui in dñi aduentū uocati sunt. ad æ
lorū regnū sine aliqua tarditate per

uenerunt. E unde ergo denariū acce-
perunt qui laborauerunt ad undecimā.
quē expectauerunt toto desiderio qui
laborauerunt ad primā. Quia & qualē
uita aeterna retributionē sortiti sunt.
cū his qui a mundi inicio uocati fuerant.
hi qui in mundi fine ad dñm uenerunt;
Vnde & hi qui in labore præcesserunt. mur-
murantes dicunt. hi nouissimi iūna hora
fecerunt. & parer̄ eos nobis fecisti. qui
portauimus pondus dici & æstus. Pon-
dus enī diei & æstus portauerant. hi quos
a mundi inicio quia diu contigit uiuere.
necessē fuit & iā longiora carnis tēpta-
menta tolerare. Vnicuiq' enī pondus
diei & æstus ferre est. per longioris ui-
tae tēpora carnis sua calore fatigari;
Sed quarti potest quomodo murmurasse
dicti sunt. qui saltē sero ad regnū uocan-
tur. Cælorū & enī regnū nullus murmu-
rans accipit. nullus qui accipit murmu-

124
126

rare potest; Sed quia antiqui usq^{ue} ad
aduentū dñi quālib^e iuste uixerint
ducit ad regnū nonsunt. Nisi ille descen-
deret qui paradysi claustra hominibus
interpositione mortis aperitur^{et suæ}; Eorū hoc
ipsū murmurasse est quod & recte pro
percipiendo regno uixerant. & tamendiu
ad percipiendū regnū dilati sunt. Quos
enī post peractā iusticiā inferni loca quā
uis tranquilla suscepereunt. Eis profecto
& laborasse fuit in iuinea & murmurasse.
Quasi ergo post murmurationē denariū
accipiunt qui post longa inferni tēpora
ad gaudia regni peruererunt. Nos au-
tē qui ad undecimā uenimus post labore
non murmuremus. & denariū accipimus
quia post mediatoris aduentū in hoc
mundo uenientis ad regnū ducimur
mox de corpore eximus. & illud sine
mora percipimus quod antiqui pa-
tres cū magna percipere dilatatione

meruerunt. Vnde usdē pater familias
dicit. Volo & huic nouissimo dare sicut
& tibi. Et quia ipsa regni perceptio eius
est bonitas uoluntatis. Recte subiun-
git. Aut non licet mihi facere quod
uolo. Stulta enī est quaestio hominis
contra benignitatē dī. Non querendū
quippe esset si non dat quod non debet.
sed si non dare quod deberet. Vnde
aperte subditur. An oculus tuus nequā
est quia ego bonus sum. Nemo autē se de-
opere nemo de tempore extollat. cū hac
expleta sententia subsequenter ueritas
exclamet. Sic erunt nouissimi primi
& primi nouissimi. Ecce enī & si iam scimus
qua uel quanta bona egimus. ad huc
supernus iudex hæc examinat & ignora-
mus. Et quidē gaudendū cuique sumo-
pere est in regno dī esse uel ultimum.
Sed post hæc terribile est ualde quod
sequitur. Multi autē uocati pauci

125
127

utro electri Quia ad fidē plures ueniunt & ad carcerē regnū pauci perdu-
cuntur. Ecce enī ad hodiernā festiui-
tatē quā multi conuenimus acta pa-
rietes implemus. sed tamen quis sciāt
quā pauci sunt qui in illo electorū dī-
grege numerentur. Ecce uox om̄ium
xpm̄ clamat. sed uita om̄iuū non clamat.
Plerique dñm uocibus sequuntur morib:
fugiunt. hinc & enī paulus dicit. Qui
confitentur se nosse dñm factis autē
negant. hinc iacobus ait. fides sine
operibus ociosa est. hinc per psalmi
stam dñs dicit. Annunciaui & locu-
tus sū multiplicati sunt super nume-
rū. Vocante enī dño super numerū
multiplicantur fideles. quia non nū
quā & iā hi ad fidē ueniuunt qui ad
electorū numerū non pertingunt.
Hic enī fidelibus per confessionē admix-
ti sunt. sed propter uitā reprobā illic

numerari in sorte fideliū non merentur
Hoc ouile scā æclā hedos cū agnus recipit
sed attestante euangeliō cū iudex uene-
rit separat bonos a malis. sicut pastor se-
gregat oves ab hedis. Neq; & enī possunt
qui hic carnis suæ uoluptatibus seruiunt
illuc in ouiū grege numerari illuc eos a
sorte humiliū iudex separat. quise hic
in superbiæ cornibus exaltant. Regnū
cæli percipere nequeunt. qui hic & ince-
lesti fide positi toto desiderio terriā que-
runt. Et multos tales intia æctam fr̄s
k̄mī cernitis. sed eos nec imitari nec de-
sperare debetis. Quid enī sit hodie aspi-
cimus. sed quid cras futurū sit unusquisq;
nescimus. plerūq; & qui post nos uenerit
per agilitatē boni operis nos ante cedit.
& uix eū cras sequimur. quē hodie præire
uidebamur. Certe cū stephanus profide-
moriretur saulus lapidantiū uestimen-
ta seruabat. Omniū ergo manibus ipse

lapidauit. qui ad lapidandum omnes exhortatos reddidit. & tamen eundem ipsum in scena acta laboribus antecessit. quem per se quando martyrum fecit. Duo ergo sunt quae sollicite considerare debemus. quia enim multi vocati pauci electi sunt. primus est ut de se quisque minime presumat. quia & si iam ad fidem vocatus est. utrum perennius regno dignus sit nescit. Secundum uero est. ut unusquisque proximum quem fortasse iacere inuidus conspicit desperare non audiat quia diuinæ misericordiae iniurias ignorat. Rem fratrem quae nuper contigit refero. ut si uos peccatores esse ex corde conspicitis. omnipotens misericordia amplius ametis. Presente frater Klm anno in monasterio meo quod uixit auctorum martyrum iohannis & pauli actam situm est frater quidem ad conuersione uenit. deuote suscepimus est. Sed ipse deuotius conuersatus. hunc ad mona

steriū frater suus corpore non corde se
cutus est. Nā ualde conuersionis uitā &
habitū de testans in monasterio ut ho
spes habitabat. & monachorū uitā mo
ribus fugiens recedere a monasteriu
habitatione non poterat. quia uel quid
ageret uel unde uiueret non habebat
Erat eius prauitas cunctis onerosa. sed
hanc om̄s & quamvis miter pro fratribus a
more tolerabant. Nā superbus & lu
bricus si qua post hoc sæculū sequere
tur nesciebat. Irridebat uero si quis d
libanc prædicare uoluisset. Itaq; cū ha
bitu seculari uiuebat in monasterio
Verbis leuis. nutu instabilis. mente tumu
dus ueste cōpositus. actione dissipatus
Mense autē iulio nuper lapsō huius quā
nostis pestilentiae clade percussus est
qui ad extremū ueniens urgeri cępit
ut animā redderet. & ultimā iā corpo
ris parte præ mortua uitalis uirtus in

127
129

solo pectore & lingua remanserat. Fra
tres aderant eiusq^{ue} exitū in quantū dō
largiente poterant oratione tuebant̄
At ille subito ad se draconē uenire con
spiciens magnis quippe uocibus clama
re coepit. dicens. Ecce draconi ad deuo
randū datus sū. propter urām præsen
tiā deuorare me non potest. Quid mihi
moras facitis. date locū ut ei deuorare
me liceat. Cūq^{ue} hunc fr̄s ut signū sibi
crucis imprimeret monerent. responde
bat uirtute qua poterat dicens. Volo
me signare sed non possū quia adraco
ne premor. Spuma oris eius faciē meā
liniunt. gutt^{meū} ore suffocatur. ecce
ab eo mea brachia cōprimuntur. qui iā
& caput meū insuo ore absorbuit. Cūq^{ue}
hoc ille pallens & moriens diceret coe
perunt fratres uehementius orationi
bus insistere. & obpræssū draconis præ
sentia suis precibus adiuuare. Cumq^{ue}

repente liberatus magnis coepit uocibus
clamare dicens. Dō grās ecce discessit. ecce
exiit. ante orationes uīas fugit draco. qui
me acceperat. Mox autē seruiturū sed dō
& esse monachum deuouit. atq' atēpore
illo nunc usq' febribus præmitur dolori
bus fatigatur. Morti quidē substractus
est. sed adhuc plenus uitæ restitutus
non est. quia enī longis & diuturnis ini-
quitatibus præssus est. longo languore
fatigatus est. Et durū cor ignis fati-
gatio durior concremat. quia diuina
dispensatione agitur. ut prolixiora
uicia egritudo prolixior exurat. Quis
illū umquā seruari ad conuersiōnē cre-
deret. quis tantā dī misericordiā conside-
rare sufficiat. ecce iuuenis prauus dra-
cone uidit in morte. cui seruiuit inuita-
nec uidit ut uitā funditus perderet. sed
ut cui seruierat scir&. sciendo resisteret
ipsūq' resistendo superaret. & eū aquo

128
130

prius non uidens tenebatur. uidit postea
ne teneretur. Quæ ergo lingua narrare
diuinæ uiscera misericordia sufficit. qui
sp̄s ante tantæ pietatis diuicias non ob
stupescat. has diuinæ pietatis diuicias
considerauit psalmista cū diceret. Ad
iutor meus tibi psallā quia tu d̄s meus
misericordia mea. Ecce perpendens in
quibus laboribus humana sit uita con
stituta d̄m appellauit adiutorē; & quia
atribulatione præsentī inrequiē ater
nā nos suscipit. appellat & iā susceptorē
Sed considerans quod mala nīā aspicit. &
portat culpas nīā tolerat. & tamen nos
per poenitentiā adpræmia reseruat.
noluit d̄m misericordē dicere sed hanc
ipsā misericordiā uocauit dicens. D̄s mī
misericordia mea. Reuocemus ante
oculos mala quæ fecimus. pensemus
ex quanta dī benignitate toleramur.
Consideremus quæ sunt pietatis eiusui

scera ut non solū culpas indulget. sed cæ
lestē regnū poenitentibus & iā post culpas
promittat. atq' ex om̄ibus medullis cordis
dicamus singuli. dicamus om̄is midia mea
anno quinto decimo se vīo xx sc̄d̄ lvcā
imperii tyberii cesaris procurante pon
usq' qui habet ascas similiter faciat.

O MELIA BEATI GREGORII PAPÆ

Redēptoris præcursor quo tēpore
uerbū prædicationis acceperit
memorato ramanæ reipublicæ princi
pe. & iudeæ regibus cū dicitur. Anno quin
to decimo imperii tyberii cesaris pro
curante pontio pylato iudeā. te trar
cha autē galileæ herode. phylippo au
tē fratre eius tetrarcha ituriæ & tra
conitidis regionis. & lysania abylinæ
tetrarcha sub prin cipibus sacerdo
tū anna & caypha factū est uerbū
dñi super iohannē zachariae filiū inde
serto. Quia enī illū prædicare ueniebat

129
131

qui ex iudea quosdā & multos ex genti
bus redēpturus erat. per regē gentiū &
principes iudeorū prædicationis eius
tēpora designantur. Quia autē genti
litas uocanda erat. & iudea pro culpa per
fidiæ dispergenda ipsa quoq' descriptio
terreni principatus ostendit. quō & in ro
mana republica unus præfuisse describi
tur. & iudeæ regno per quartā partē plu
rimi principantur. Voce enī nři redē
ptoris dicitur. Omē regnū in se ipsū di
uisū desolabitur. Liquet ergo quod ad
finē regni iudea peruererat. quæ tot
regibus diuisa subiacebat. A pte quoq'
non solū sub quibus regibus. sed quibus
& iā sacerdotibus actū sit demonstra
tur. ut quia illū iohannes baptista præ
dicat& qui simul rex & sacerdos existeret
lucas euangelista prædicationis eius
tēpora per regnū & sacerdotiū designa
uit. Et uenit in omnē regionē iordanis

prædicans baptismū poenitentiaꝝ in remis
sionē peccatorū. Cunctis lugentibus liquet
quia iohannes non solū baptismū poeniten
tiæ prædicauit uerū & iā quibusdā dedit
sed tamen baptismū suū in remissionem
dare non potuit. Remissio & enī peccato
rū in solo nobis baptismo xp̄i tribuitur

N otandum itaqꝫ quod dicitur prædicans
baptismū poenitentiaꝝ in remissionē pec
catorū. quō baptismū quod peccata sol
ueret quia dare non poterat prædicabat.
Vt sicut incarnatū uerbū patris præcur
rebat uerbo prædicationis ita baptis
mū poenitentiaꝝ quo peccata soluun
tur præcurreret suo baptismate quo
peccata solui non possunt. Et quia eius
sermo præcurrebat præsentia redēpo
ris ipsū quoqꝫ eius baptismū præceden
do fieret umbra ueritatis. Sequitur.

Sicut scriptū est in libro sermonū isaiaꝝ
prophetæ. vox clamantis in deserto

130

132

parate viā dñi rectas facite semitas eius
I sde uero iohannes baptista requisitus
quis ess& respondit. Ego uox clamantis
in deserto. Qui sicut antea nobis dictū
est. ideo uox a propheta uocatus est. qz
uerbū prætabat. Quid autē clamar& ape
ritur cū subditur. parate viā dñi rectas
facite semitas eius. Om̄s qui fidē rectā &
bona opera prædicat. quid aliud quā ue
nienti dño ad corda audientiū viā pa
rat. ut hæc uis grā penetr&. lumen ueri
tatis illustr&. ut rectas dō semitas faciat.
dū mundas in animo cogitationes per
sermonē bona prædications informat
O mīs uallis implebitur. & om̄s mons &
collis humiliabitur. Quid hoc loco ual
liū nomine nisi humiles. quid montiū &
colliū nisi superbi homines designantur.
I naduentu igitur redēptoris ualles im
pletæ. montes uero & colles humiliati
sunt. quia iuxta eius uocē. om̄s qui se

exaltat humiliabitur. & om̄is quis se humiliat exaltabitur. Vallis & enī impleta crescit. mons autē & collis humiliatus decrescit. Quia nimurū infidele mediatoris dī & hominū hominis xp̄i ihu. & gentilitas plenitudinē grāe accepit. & iudea per errorē perfidiae hoc unde timebat p̄didit. Om̄is enī uallis implebitur. quia corda humiliū faciat doctrinæ eloquo uirtutū grāe replebuntur. iuxta hoc quod scrip̄tū est. Qui emittit fontes in conuallib: Et unde rursū dicitur. Et conualles abundabunt frumento. A montibus aqua dilabitur. quia superbas mentes ueritatis doctrina deserit. Sed fontes in conualibus surgunt. quia mentes humiliū uerbū prædicationis suscipiunt. Iā uidemus iā conualles frumento abundare. conspicimus quia illorū ora papulo ueritatis impletæ sunt. qui mites ac simplices huic mundo despicabiles esse ui-

131
133

debantur. Ipsiū quoq; iohannē baptistā
quia mira claritate præditū populusui
derat. illū hunc esse singulariter celsū
ac solidū montē credebant. de quo scri
ptū est. In nouissimo dierū erit mons do
mus dñi præparatus in uertice montiū

Nā hunc esse xp̄m putabant. sicut per eu
angeliū dicitur. Estimante autē po
pulo & cogitantibus omnibus in cordib;
suis de iohanne ne forte ipse esset xp̄c.
quē & requirebant dicentes. Nū quid
xp̄c es tu. sed nisi isdē iohannes apud
se uallis esset. repletus grā spū non fu
isset qui ut hoc quod erat ostenderet
dixit. Venit fortior me cuius non sū
dignus soluere corrigiā calciamenti
eius. Et rursus ait. Qui habet sponsam
sponsus est. Amicus autē sponsi qui stat
& audit cū gaudio gaudet propter uo
cē sponsi. hoc autē gaudiū meū imple
tū est. Illū oportet crescere me autem

minui. Ecce cū pro mira operatione uirtutū talis esset ut xp̄c esse crederetur. non solū xp̄m se non esse respondit. sed & iā indignū corrigiā calcamenti eius solueret. id est incarnationis eius misteriū perscrutari non se dignū esse perhibuit eius esse sponsā & etiam credebat qui hunc quia xp̄c esset estimabant. Sed ait. Qui habet sponsā sponsus est. Ac si diceret. Ego non sū sponsus. sed amicus sponsi sum. nec p̄d p̄ter uocē suā sed in uoce sponsi se gaudere perhibebat. quia non ideo latabatur in corde quōd a populis humiliter audiebatur loquens. sed quia ipse ueritatis uocē audiebat intus ut loqueretur foras. Quod bene gaudiū impletū dicit. quia quis de sua uoce gaudet. plenū gaudiū non habet a quo & subditur. Illū oportet crescere. me autem minui. Quia uire querendū est in quo crevit xp̄c. in quo minutus ē iohannes nisi quod populus iohannis ab

132

134

stinentiā uidens remotū hunc ab homini
bus esse conspiciens cū esse xp̄m putabat
x̄ p̄m uero cū publicanis comedentē in
ter peccatores ambulantē intuens
eū non xp̄m sed esse prophetā credebat
Sed dū per accessū tēporis & xp̄c qui pro
pheta esse credebatur xp̄c est agnitus.
& iohannes qui xp̄c esse putabatur pro
pheta esse innotuit. impletū est quod de
xp̄o suus præcursor prædixit. Illū autē
oportet crescere. me dūtē minui. In asti
matione quippe populi & xp̄c creuit. q̄
agnitus est quod erat. & iohannes decre
uit quia cessauit dici quod non erat. Igit̄
quō & isdē iohannes ideo inscitate per
stitit. quia in cordis humilitate perdu
rauit. & multi idcirco ceciderunt. quia
apud se ipsos elata cogitatione tumuerit
Dicatur recte. Om̄is uallis implebitur. &
om̄is mons & collis humiliabitur. quia hu
miles donū accipiunt. quod a se corda

superbientium repellunt. Sequitur. Et erunt prava indirecta & aspera in uias planas. prava directa fiunt. cum malorum corda per iniustitiam detorta ad iustitiae regulam diriguntur. Et aspera in uias planas immutantur. cum immites atque iracundae mentes per infusionem supernae gratiae ad lenitatem mansuetudinis redeunt.

Quando enī uerbū ueritatis ab iracunda mente non recipitur. quasi asperitas in ueris gressū per gentes replit. Sed cum mens iracunda per acceptā mansuetudinis gratiam correctionis uel exhortationis recipit. ibi planā uā prædicator inuenit. ubi prius pro asperitate itineris pergere id est prædicationis gressū ponere non ualebat. Sequitur. Et uidetur omnis caro salutare dī. Quia omnis caro accipitur omnis homo. salute uidelicet xp̄m. in hac uita omnis homo uidere non potuit. ubi ergo in hac sen-

133
135

tentia prophetæ prophetiæ oculū nisi ad
extremi iudicij diē tetendit ubi cū aper-
tis cælis ministrantibus angelis conse-
dentibus a postolis insede maiestatis
suæ xp̄c apparuerit. Om̄is hunc electi
& reprobi pariter videbunt ut & iusti
de munere retributionis sine fine gau-
deant. & iniusti in ultione supplicium
perpetuum gemant. Nā quia hoc ista sen-
tentia intendit quod in extremo exa-
mine ab om̄i carne videbitur recte sub-
iungitur. Dicebat autē ad turbas quæ
exigebant ut baptizarentur ab eo. Geni-
mina uiperarū quis ostendit uobis fu-
gere a uentura ira. uentura enī ira est
animaduersio ultionis extremæ. quā
tunc fugere peccator non uideat. qui
nunc ad lamenta poenitentia non re-
currit. Et notandum quod malæ sobo-
les malorū parentū actiones imitan-
tes genimina uiperarū uocantur.

quia per hoc quod bonis inuident. eosq; per
sequuntur. quod quibusdā mala retribu-
unt. quod lesiones proximis exquirunt.
quō in his omnibus priorū suorū carnali-
um vias sequuntur. quasi uenenati filii
de uenenatis parentibus nati sunt. Sed
quia iā peccauimus. quia usum malæ con-
suetudinis inuoluti sumus dicat quid
nobis faciendū sit. ut fugere auentura
ira ualeamus. Sequitur. Facite ergo fru-
ctus dignos poenitentiaꝝ. In quibus uer-
bis notandū est quod amicus sponsi non
solū fructus poenitentiaꝝ. sed dignos poe-
nitentiaꝝ admonet esse faciendoꝝ Aliud
nāq; est fructū facere. aliud dignū
poenitentiaꝝ facere. vt enī secundū
dignos poenitentiaꝝ fructus loquam̄
sciendū est quia quisquis illicita nulla
cōmisit. huic iure conceditur ut licitas
utatur. sicq; pietatis opera faciat. ut ta-
men si noluerit ea quæ mundi sunt non

134
136

relinquat. ac si quis in fornicationis culpa
uel fortasse quod est grauius in adulterio
dilapsus est. tanto a se licita debet ab
scidere quanto se meminit & illicita per
petrassit. Neque enim par fructus esse boni
operis debet qui minus & eius qui amplius
deliquerit. aut eius qui nullis & eius
qui in quibusdam facinoribus cecidit per
hoc ergo quod dicitur facite fructus
dignos poenitentiae unius cuiusque consci
entiae conuenitur. aut tantum diora qua
rat honorum operum lucra per poenitentiem
quanto grauiora sibi intulit dampna per
culpam. Sed iudei de generis nobilitate
gloriantes idcirco agnoscere peccato
res nolebant. quia de abrahæ stirpe de
scenderant. Quibus recte dicitur. Et ne
cooperitis dicere. patrem habemus abra
ham. Dico enim uobis quia potens est deus
de lapidibus istis suscitare filios abrahæ
Quid enim lapides nisi corda gentiliū fuc-

runt. ad intellectum dei omnipotentis inscr
fibia. sicut etiam quibusdam ex iudeis di
citur. Austerum cor lapideum de carne uram

Nec in merito lapidum nomine gentes signi
ficatae sunt. quae lapides coluerunt. unde
scriptum est. Similes illis fiant qui faci
unt ea & omnes qui confidunt in eis. De
quibus nimirum lapidibus filii abrahae su
scitati sunt. quia dum dura corda genti
lium in abrahae semine id est in christo cre
diderunt eius filii facti sunt. cuius se
mini sunt uniti. Unde & isdem gentibus
per egregium prædicatore dicitur. Si
autem uos christi. ergo abrahae semen estis.
Sicutur nos perfidem christi abrahae iam sem
existimus iudei propter perfidiam abra
hae filii esse desierunt. Quia uero in illo
die tremendi examinis parentes boni
malis filiis prodesse non possunt. testa
tur propheta qui dicit. Nocet & daniel &
iob si fuerint in medio eius uiuo cogredi

cit dñs dñs. quia filiū & filiā non liberabunt
sed ipsi iusticia sua liberabunt animas
suas. Et rursū quia boni filii nil parenti
bus malis prosunt. sed adreatū potius
malorū parentū proficiat bonitas fili
orū. ipsa perse ueritas non credentibus
iudeis dicit. Si ego in beelzebub eicio
doemonia filii urī in quo eiciunt. ideo
ipsi iudices urī erunt. Sequitur. lā enī
securis ad radicē arboris posita est.
O mīs enī arbor non faciens fructū bo
nū excidetur & in ignē mitteatur
Arbor huius mundi est uniuersū genus
humanū. securis uero est scilicet redē
ptor nr̄ qui uelut ex manubrio & fer
ro tenetur ex humanitate. sed incidit
ex diuinitate. Quæ uidelicet securis
ad radicē arboris posita est. quia & si
per patientiā expectat. uidetur ta
men quid facturus est. O mīs enī ar
bor non faciens fructū bonū excide

tur & in igne mittetur. Quia unusquisque
peruersus parata citius gehennam con-
cremationem inuenit qui hic fructum
boni operis facere noluit. Et notandum
quod securim non iuxtam ramos positam
sed ad radicem dicit. Cum enim malorum fi-
lii tolluntur quid aliud quam rami in
fructuosa arboris absciduntur. Cum
uero tota simul progenies cum parente
tollitur in fructuosa arbor a radice
abscisa est. ne iam maneat unde praua
soboles succrescat. In quibus iohan-
nis uerbis constat quod audientium cor
da turbata sunt cum protinus subinfer-
tur. Et interrogabant eum turbas di-
centes. Quid enim faciemus percutiæ
enim terrore fucrant quæ consilium quæ
rebant. Sequitur. Respondens autem
dicebat illis. Qui habet duas tunicas
de non habenti. Et qui habet & scat
similiter faciat. per hoc quod tunica

136
138

plus est necessaria usui nro quā palliū
Adfructū digna poenitentiaē perti
n& ut non solū exteriora quaq & mi
nis necessaria. Sed ipsa nobis ualde
necessaria diuidere cū proximis de
beamus. scilicet uel ascam qua carna
liter uiuimus uel tunica qua uesti
mur. Quia enī in lege scriptū est.
dilige proximū tuū sicut te ipsū
Minus proximū amare conuincitur.
qui non cū eo in necessitate illius & iā
ea quæ sibi sunt necessaria partit.
Idcirco de diuidendis cū proximo
duobus tunicis datur praeceptum.
quia hoc de una dici non potuit. quō
si una diuiditur. nemo uestitur. In
dimidia quippe tunica & nudus re
manet qui accipit. & nudus qui de
dit. Inter hæc autē sciendū est. quan
tū misericordia opera ualent. cum
adfructus dignos poenitentiaē ipsa

præ ceteris præcipiuntur hinc & iam
per sem & ipsam ueritas dicit. Date
elemosina. & om̄a munda sunt. uobis
hinc scriptū est. Ignē ardētē extin
gutt aqua. & elemosina resistit pecca
tis. hinc rursus ait. Date. & dabitur uo
bis. hinc iterū dicit. Concluſe elemo
sinā in corde pauperis. & hæc pro te
exorabit hinc bonus pater innocentē
filiū admon& dicens. Simultū tibi fu
erit abundanter tribue si exiguum
fuerit. & iā exiguum libenter stude im
pertiri. Ut autē quanta poss& uir
tus esse incontinentia & susceptione
indigentū. redēptor n̄ ostendit di
cens. Qui recipit prophetā in nomine
prophetæ mercedē prophetæ acci
pi&. Et qui recipit iustū in nomine
iusti. mercedē iusti accipi&. In qui
bus uerbis notandū est. quia non ait
mercedē de prophetā uel mercedē de

137
139

de iusto. sed mercedē prophetā & mer-
cedē iusti accipi&. Aliud est enī mer-
ces de prophetā. aliud merces prophetā
Atq' aliud merces de iusto. aliud mer-
ces iusti. Quid est enī dicere mercedē
prophetā accipi&. nisi quia is qui proph-
tā sua largitate sustentat. quāuis ipse
prophetā non habeat. apud om̄ipoten-
tē dn̄m prophetā præmia habebit. Iste
enī fortasse iustus est. & quanto ipse in
hoc mundo nil possidet. tanto loquendi
ro iusticia fiduciā maiore habet. hunc
dū ille sustentat qui in hoc mundo a-
liquid possidet. & fortasse adhuc pro-
iustitia loqui libere non præsumit
iustitia illius libertatē sibi participē
facit. ut cū eo pariter iustitia præ-
mia recipiat. quē sustentando adiu-
vit. quatinus eandē iusticiā libere
loqui potuiss&. Ille prophetā sp̄nple-
nus est. sed tamen corporeo eg& ali

mento. & si corpus non reficitur. certū
est quod uox ipsa subtrahatur. Qui igi
tur alimentū prophetæ propter hoc qđ
propheta est tribuit. prophetæ illius
uires ad loquendū dedit. Cū propheta
ergo mercedē prophetæ accipi&. qui &
si spū prophetæ plenus non fuit. hoc ta
men ante dī oculos exhibuit. quod ad
iuuit. hinc est quod de quibusdā pere
grinantibus fratribus gaio per iohan
nē dicitur. pro nomine enī xpī profe
cti sunt. nihil accipientes a gentilib:
Nos ergo debemus suscipere eiusmodi ut
cooperatorēs simus ueritati. Qui enim
spiritalia dona habentibus tēporalia
subsidia tribuit in ipsis donis spiritali
bus cooperator existit. Nā cū pauci sint
qui spiritalia dona percipiunt. & mul
ti qui rebus tēporalibus abundant. per
hoc se diuites uirtutibus pauperum
inserunt. quo eisdē scīs pauperibus

138
140

de suis diuiciis socientur. Unde cū per
saecula uocē dñs derelicta gentilitati
id est scā ecclā spiritualiū iūrū meri
tā quā deserto arbusta promittere. ul
mū quoq' promisit dicens. Ponā deser
tū instagna aquarū. & terrā in uiā in
riuos aquarū. Dabo insolitudinē ce
drū & spinā & myrtū & lignū oliua
ponā in deserto abietē. ulmū & buxum
simul. ut uideant & scient & recogno
& intellegant pariter. Deserta quip
pe dñs instagna aquarū & terrā in
uiā in riuos aquarū posuit. quia gen
tilitati quæ prius per ariditatē men
tis nullos honorū operū fructus fere
bat. fluenta scā prædicationis dedit
& ipsa ad quā prius pro asperitate suę
siccatatis uia prædicatoribus non pate
bat. doctrinæ postmodū riuos ema
nauit. Cui adhuc ex munere magno
promittitur. Dabo insolitudinē ce

drū & spinā cedrū quia magni odoris est
atq̄ imputribilis naturæ uire accipim'
in promissione. De spina uero cū peccan
ti homini dic tū sit terra tua spinas &
tribulos germinabit tibi quid mirū si
sc̄e actæ illud promittitur quod pec
canti homini propoena multiplicata
tur sed cedri nomine signantur hi
qui uirtutes & signa exhibent in sua
operatione quid dicere cū paulo ualeat
xpi bonus odor sumus dō. Quorū cor
da ita in æterno amore solidatasunt
ut ea iā terreni amoris putredo nul
la corrūpat per spinā uero signati
sunt doc̄ trinæ spiritualis uiri quidū
de peccatis ac uirtutibus differunt
& modo æterna supplicia minantur
modo cælestis regni gaudia promitt
tunt cor audientiū pungunt. Sicq̄
mentē compunctione p̄forant ut ab
corū oculis quasi quidā sanguis animę

139
A44

lacrime decurrant. Myrtus uero tēpe
ratiuā virtutis est. ita ut dissolutā mē
bra tēperando restringat. Quiditaq'
per myrtū. nū si hi qui afflictionibus
proximorū cōpatiuntur signati sun
t̄ orūq' tribulationē per cōpassionē tē
perant. iuxta hoc quod scriptū est.

6 rās autē dō qui consolatur nos in om̄i
tribulatione nrā. ut possimus & ipsi con
solari eos qui in om̄i pressūra sunt. Qui
dū afflic^tis proximis uerbū uel opē
consolationis ferunt. eos procul dubio
ad statū rectitudinis restringunt.
ne inmoderata tribulatione inde
speratione soluantur. Quos autē p
oliuā nisi misericordes accipimus qua
grece oleos midia uocatur. & quasi oli
uæ liquor ante omnipotentis dī oculos
misericordia fructus lucē. cui adhuc
in promissione subiungitur. ponā in
deserto abietē ultmū & buxum simu. l.

per abietē quæ ualde crescendo ad ac-
ris alta sustollitar hi designati sunt qui
intra scām ectam ad huc interrenis cor-
poribus positi cælestia contēplantur.
& quāuis nascendo de terra excunt.
contēplando tamen iā iuxta ætheriāuer-
tice mentis attollunt. Et quid per ul-
mū nisi sæculariū mentes ex pressae
sunt. quæ dū terrenis adhuc curis inser-
uiunt nullū uirtutū spiritualiū fructū
frunt Sed & si fructū propriū uel nūs
non habet. portare tamen cū fructu sole
quia & sæculares uiri intra scām ectam
quāuis spiritualiū uirtutū dona non ha-
bent. dū tamen scōs uiros donis spirita-
libus plenos sua largitate sustentant.
quid aliud quā utte cū botris partant.
B uxus autē quos alios designat. qui in
altū non proficit. & quāuis fructū non
habeat uiriditatē habet. nisi eos qui
intra scām ectam ad huc exortatis in-

140
142

firmitate bona opera ferre non ualent.
sed tamen parentū fidelium credulita
tē sequentes fidē perpetua & uiridita
tis tenent. post quā om̄a apte subiun
gitur. ut uideant & sciant & recogno
cent & intellegant pariter. Ad hoc enī
cedrus in æcta ponitur. ut quisquis a
proximo spiritaliū uitutū odore tra
hit. ipse quoq; internæ uitæ dilectione
non torpeat. sed ad donorū cælestiū
desideria ignescat. Ad hoc spina poni
tur. ut prædicationis eius uerbo cōpun
ctus fuerit. ipse quoq; exēplo illius discat
corda sequentiū prædicationis uerbo
cōpungere. Ad hoc myrtus ponitur.
ut qui in ardore tribulatio ab ore uel
opere proximi cōpatientis tēperamen
tū consolationis acceperit. ipse & idem
discat quē admodū afflictis proxi
mis suæ consolationis tēperamentū
proferat. Ad hoc oliua ponitur. ut qui

alienæ misericordiaæ opera cognoscit. di
scat quē admodū debeat indigenti pro
ximo & ipse misereri. Ad hoc abies poni
tur. ut quisquis uim contēplationis agno
uerit. ipse quoq' ad contēplanda æter
na præmia succendatur. Ad hoc ulmus
ponitur. ut quisquis intuetur cū qui
habere uirtutū fructū spiritualiū non
ualeat. sed tamen eos qui spiritualibus do
nis pleni sunt sustentat. ipse quoq' scō
rū uitæ quanta ual& largitate inser
uiat. & caelestiū donorū botros quos
gignendo noual& sustinendo ferat.

Ad hoc buxus ponitur. ut qui habere mul
tos adhuc infirmitate positos ueræ fi
dei uiriditatē considerat. & iā esse ipse
infidelis erubescat. Bene ergo descri
ptis prius arboribus dicitur. ut uide
ant & sciant & recogitent & intellegant
ubi & apte subiungitur. pariter. Quia
cū intra scām æctam diuersi hominū

144
143

mores diuersi sunt ordines. necesse est
ut om̄s simul discant. dū in ea spirita
les uiri diuersæ qualitatibꝫ & tatis & or
dinis ad imitandū simul uidentur.
Sed ecce nos dū monstrare ulmū quæ
rimus. per multa arbusta longius euā
gatis sumus. Ad hoc itaqꝫ propter quod
prophetæ testimoniū protulimus reuer
tamur. qui recipit prophetā innomi
ne prophetæ mercede prophetæ acci
piet. Quia & si fructū ulnus non habet.
utē tamē cū fructibus portans hæc
ipsa sua efficit quæ bene sustentat dlie
na. Quia uero ad magna nos opera io
hannes ad monœ dicens. facite ergo
fructus dignos poenitentiaꝫ. & rursum
qui habet duas tunicas d& non haben
ti. & qui habet escas simuliter faciat. iā
patenter datur intellegi quid est qđ
ueritas dicit. Adiebus autē iobannis
baptistæ usqꝫ nunc regnū calorū uim

patitur & uiolenti diripiunt illud. Quæ
supnæ uerbæ sententiaæ. nob̄ sunt magno
pere pscrutanda. Nā quærendū ē quomo
do uim ppcti regnū celorū possit. qui enī
celo uiolentiā irrogat. Et rursus queren
dū ē si pati uī regnū celorū potest. cur
candē uī adiebus iohannis baptista & non
ante ptulerit. Sed cū lex dicat. si quis
hæc uel illa fecerit. morte moriatur.
Cunctis lugentibus liquet. quia peccato
res quosq; poena ueritatis ptulit. non
autē ppoenitentiā aduitā reduxit.
Cū uero iohannes baptista redēptoris grām
p̄currens poenitentiā p̄dicat. ut pec
cator qui exculpa est mortuus p̄ con
uersiōne uiuat. profecto adiebus io
hannis baptista regnū celorū uimpatic
Quid est autē regnū celorū nisi locus ui
storū. solis enī iustis celestis patriæ p̄mis
debent. ut humiles. casti. mites. miseri
cordes. ad gaudia supna pueniant. Cū

uero quis uel supbia tumidus uel carnif fa
ciore pollutus uel iracundia accensus.
uel crudelitate impius post culpas ad
poenitentiāredit. & uitā eternā p̄cipit.
quasi in locū peccator intrat alienū. Adi
ebus autē iohannis baptistæ regnū cælo
rū uim patitur. & uiolenti rapiunt illud
qua qui poenitentiā peccatoribus indix.
quid aliud quā regnū cælorū fieri ui
lentiā docuit. Recogitemus ergo fr̄s
kīni mala qua fecimus. & nosm& ipsos
assiduis lamentis atteramus heredita
tē iustorū quā non tenuimus puitā ra
piamus p̄poenitentiā. Vult a nobis om̄ps
dī talē uiolentiā p̄peti. nā regnū cælo
rū rapi uult nr̄is fletib: qđ nr̄is meritis
non debet. Abspei ergo certitudine nul
la nos malorū nr̄orū qualitas nulla quan
titas frangat. Prestat magnā ueni& fi
duciā latro ille uenerabilis qui non inde
uenerabilis unde latro. nā latro excru

delitate uenerabilis ex confessione. Cognitatem ergo quā sint incomprehensibilia in omnī potentiā dō midia uiscera latroste cruentis manibus abstractus a fave itineris suspensus ē in patibulo crucis ibi confessus ibi sanatus ibi audire meruit hodie me cū eris in paradyso. Quid ē hoc quis tantā bonitatē dī dicere uel estimare sufficiat de ipsā poena criminis puerit ad præmia uirtutis. Idcirco autē om̄ipsi dī electos suos in quibz dā lapsibz cadere permisit ut aliis in culpa iacentibz si toto adeū corde ē surgant spē ueniae redde rae & isplānta poenitentia uā ueritatis aperiā. Exerceam ergo nos mā iplos in lāmitis exting uam' fletibus & dignus poenitentia fructibz culpas quas fecim' ad indulgentiā nob̄ tēpora indulta n̄ pereant quia qui multos a suis iniquitatibz iā sanatos aspicim' qid aliud quā supnā midia pignus tenemus.









